



La nombre de Piedad auiendo oyo,
Baxo su rostro viendose aleuosa.
La noche el medio espacio auia corri-
Y descuidado cada qual reposa. (do,
La Cynireya virgen solo vela,
Quel fuego incomportable la desuela.

No dueñe, dando traça a su contento,
Y furibundo intento de manera,
Que cien veces gozarle espere, y ciéto
En este mismo punto desepira,
Determinada en fin de dar vn tiento,
Verguença tiene, que tal cosa quiera,
Muriendo la cuytada desiendo,
No sabe q hazerse, o como, o quando.

La cauta, cuarete porq' o
Y el amarillo cuello auia ya atado,
A su murmurio(dizan) que despierta
El alma, que a la triste auia criado,
Y ala misma seruia de portera,
T se leuanta y parte a ver lo que era.

A briola puerta, y visto el instrumeto
De la immatura muerte, se fatiga,
Llorando, y remesando se sintento,
A si mismo mandandose enemiga,
Quitola el lazo, y dixola al mometo,
Que detan gran error la causa diga,
La virgen no responde mas que muda,
T los ojos del suelo nunca muda.

*EST
Tud. 11*

FERDINANDI
T O L E T A N I
ALBÆ DVCIS VITA,
& res gestæ.

15
A U T H O R E

P. ANTONIO OSSORIO,
*Astorgiensis Societatis
IESV.*

TOMVS ALTER.

SALMANTICÆ:

*Apud Melchiorem Estenez,
Anno 1669.*

Cum Facultate Superiorum.



JES
Este libro es del Colegio de la
Compañía de Jhs. de Sozna-

VITAE FERDINAN. DI TOLETANI ALBÆ DVCIS.

LIBER V.

DVM his terroribus int̄ Ineunte
surgentis belli con- Anno
cussa Italia quietem 15574
& securitatem non
inuenit, ciuium manibus accissa, & Guisius,
turbata odijs , Guisius transensis in Italiam
Alpibus, inueniente anno sesqui mil. eū exer-
lesimo quinquagesimo septimo, circu veg
Taurinam Augustam intravit: ubi nis,
Brifaci Dominus pro Henrico Tau-
rinorum & Allobrogum gubernator,
cum Ludouico Viragine oc-

Ferdinandi Toletani Vitæ

currit. Copiarum lustrato numero,
sex millia Heluetiorum peditum,
quatuor millia Gallorum ; cath-
aphractos equites mille ducentos,
bis mille leuiter armatos Aumalæ
Dux Guisij frater & legatus inue-
nit. Dux Neuersius legioni Gallo-
rum ; equitibus Beufi, Vidamis, &
Xantris Marchiones, cum alijs du-
cibus minoris claritudinis præside-
bant. Heluetij habebantur sub eius-
dem gentis ductoribus. S. Petri Do-
minus castrorum prefecturā; Mot-
tæus, & Tabanus honorem Galliæ
tribunatus agebant. Guisius, re cū
Brisaco diuersa, eoq[ue] maximè
instante, ante quām Padum supera-
ret, statuit omni vi Sturæ Pontem
inuadere, opportunitate munitio-
nis inductus, quæ Gallis fluminis
commercia vetabat ; simul in ea
capturus experimentum & auspi-
ciūm, si Albanum victur⁹ esset. Sed
cito pulsus tensit, ibi quoque absen-
tis fortunam adesse, & manus, quas
milites in opere intuerentur, pugna-

re:nec posse munimenta cedere, in-
victa dextra & consilio fundata.
Inde hausto omine, non latus Gui-
sius Valentiam strenuus aggreditur:
& dierum quinque verberatione
lato muri spatio deiecit, Galli, Hel-
uetijque ordinibus instructis inua-
dunt, velut æqua in acie pugnantes.
Miles abiectis armis, salute despera-
ta, & clementia victoris, per auer-
sam muri partem sele præcipitauit
infossum. Arcem vero Piscarij infe-
lix opus sine verberatione, sine pug-
na Spoluerinus Comes Guisio tur-
piter tradidit. Valentini in verba
Pontificis adactis, eiusque nomine
& sacramento dato præsidio, Brisa-
cum, & Viraginem manere iussit,
Taurinosque aduersum Hispanos
defendere; & si obueniret occasio,
Insubres inuadere. At Cardinalis
virium suarum tenuitatem incon-
sulte prodens, legatos ad Guisium
misit petens, Valentiam restitu-
ret: indignum eam videbarit, &
æquè pudendum Regis Galliarum

*Stura-
Pontem
infelici-
ter tetat*

*Et Vale-
tiam cas-
pit,*

¶ Ferdinandi Toletani Vitæ

Maiestati, Induciarum foedere Regem a nicum deceperisse; quē etiam hostem petere debuisset magna acie, non dolo. Giusus nulli Hispanorum infensum se veni sse respondit; si quietum iter & commeatus darent: Valentiam autem satis constare Annalium monumentis fuisse Ecclesiæ ditionis, cuius auctoritatis & salutis vindex in Italiam missus erat à Christianissimo Rege. Inter hæc Piscarius Ticinij clausus, non audens mouere fortunam, consilij inops & impatiens, ubi prægressos hostes nouit, prauam in spē ereans, fratrem Cæsarem Daualum cum Italis equitibus misit, ut vestigijs hostis insisteret, cum ea debuisset præcedere; alimentisque in munitionis urbes receptis Gallos fame vexare. At commeatus per vicos & hospitia, qua iter habituri credebatur, non incorrupti modò, sed vno expositi erant; sic iubente Piscario, qualicumque famæ suæ iactura exceptante, hostem à prouincia commissa.

missa sibi, non Imperio sui Regis
quettare. Quod pessimum gubernatorum est genus, & ignavi duels
ratio fœdissima; non unum velut
corpus intueri, quæ indiuisa & vni
cohærentia capiti regantur. Guisius
Piscarij beneficio libēter v̄lus, cùm
oppidani etiam liberaliter vniuersit
concederent, Cæsarque à tergo &
latere equitem incursantem ostend
eret, adempta necessitate, & incus
so metu prædandi, quieto agmine
penetrauit ad Parmentes fines. Dux
Octavius cùm nullo satis firmo præ
ficio aut spe eslet instructus, inermi
Insubria prouincia, eius Præfecto
rum inuitatus exemplo, commea
tus & securum iter dare paciscitur.
His pacis conditionibus mutuo sa
cramento firmatis, Guisius per Pla
centiam superato Pado, Rhegium
Lepidi sociam & amicam vibem
aduenit. Hic dum lustrat instruitq;
copiae, Ducem Ferrariæ per hono
rē excepturum Gallos, magnono. *Ferrariæ*
bilium comitatū cinctum adesse *Guisius*

6 Ferdinandi Toletani Vitæ

comita-
tes salu-
tis.

nuntiatur. Eum Guisius ut aspexit
equo sublimem, acie composita,
militari pompa redditio honore, le-
titiam animorum & gratulationem
ostendit. Proprius accedente Duce,
Guisius equo desiliens in pedes, tra-
didit ei insigne militaris imperij,
per Deum præsentem iurans, se Du-
ci obsequuturum, quem Rex suis
armis, fortunæ, & gloriæ præfece-
rat, Ferratiensis etiam equo depo-
situs genero (filiam collocauerat
Guisio) baculum imperatorium res-
tituit, eius dextram & amplexum
manu sanguine infundens. Deinde
ambo in equos recepti, ingressi sunt
urbem triumphali ornatum nitorem.
Longè armorum radiante specie,
& comitum splendore Ferrariensis,
Guisius mole & elegantia corpo-
ris, roboreque exercitus præstabat.
Per vicos & suburbia copijs tende-
re iussis, Daces concilio juncto dis-
trebant, quænam esset regio pe-
Etdiscov tenda. Haud cunctatus Ferrariensis,
desagüe qua nō ob gratiam & præmium se-
quu-

quintus Gallos esset profari, Cremonam, vel potius Parmam petendas armis esse constituit; inductus spe nimirum hanc urbem obtineendi, quam promiserat Paulus, obfodus partesq; suscep tas se daturum. Contra Guisius, & Carafa Purpztatus, qui citus ad exercitum venerant, Hetruriam aut Neapolitanum regnum esse iuuadendum tuebantur; ut positum erat in foedere, & Dux à Rege in mandatis habebat. Lodebarius quoque apud Venetos Henrici legatus hanc sententiam vt salubrem, & gloriæ Regis proximam tenens, latè ac facunde disseruit: Redactis scilicet in potestatem Hetruria, & Neapolitanis prouincijs, cum Sicilia, reliquam Italiam cum solum victorie futuram Octauium, et si in præsens cum Hispano posuerat fœdus, non ultra in fide duraturum, quam victoria Gallorum audita liberum se metu videret. At Senatum Venetum, qui grauius tulisset, Ferrariensem vicinum Principem in hoc descendisse bel-

Ferdinandi Tolentini Vitæ
lum; suasque urbes & mari a classibus
& præsidij s armaverit, victores Gal-
los hostium loco habiturum: nemo enim
satis sobrius, nedum artibus adeo ins-
tructa Res publica, potentissimi Regis
victoria arma securus sua in regione
conspicet. Sat hostium esse; quid nouos
irritarent temerario confilio? Sin au-
tem ira quoque flagraret in Venetos, lon-
gè aptius eos vinci posse; si amota spe-
cie armorum securos fallerent, alio
translata victoria. Cum omnium
ducum animi huic sententiæ, quam
nouerant esse Regis voluntatem,
acquieuisserent, Ferrariensis agnos-
cens, exiguum esse manum, ut tot
prouincias impleret, & caperet, in-
dignationis manifestus edixit; haud
quaquam pro consulto habere in
Hetruriam vires suas mittere, cum
hostis fines pulsans instaret: ites
Guisius, & Deo auspice, fœlicia reg-
na disponeret, dum ipse minori glo-
ria contentus, arma Parmensibus
campis inferret.

2

Iam Romæ nuntiato;

Pag

Padum superasse Gallorum auxilia, Rome
iam de
victoria
consul..
tans.
tanta alacritate erexit sunt ciues, ut
qui paulò ante salutem despera-
bant, arguerent audaces securam
nimis iam adesse victoriam. Cardi-
nales ducesque coram Pontifice læ-
ti diserebant; an Neapolitanum
regnum, an Hetruriam inuaderent?
Hanc prius bello esse domandam
censuit Petrus Strozzi Mediceo-
rum infensus opibus; ciuium para-
tam voluntatem, animos insipem
dulcis libertatis erectos, omnium.
que odia in Ducem reipublice ty-
rannum extendens. At Neapolitanas
provincias Regi fidatas, ciues inueterato
obsequio addictos Hispane Matestati,
pro ea induituros arma; nec cupere mu-
tare dominos, qui nec presentes fasti-
diant, nec oderint. Non ante florentissi-
mae pacis & beate quietis illas pœni-
tendum, quam suis rebus diffidant; &
eas absque defectione salvas esse non pos-
se consenserint. Cum ergo audierint Gal-
los Hetruria potiri, tunc gran motus
conterritos, mutatiuros cum animis si-
dem;

10 Ferdinandi Toletani Vitæ

dem; his enim viciis, cetera strenue sequuntur. Qui magna molis rupem excindere aggreditur, summa quæque dis- cutit, & terram circumfudit, ut pav- latum fundamenta conuellerat. Stultus est, qui incipit validissimam partem tentare, ut simul cuncta prosternat. Qui securi accinctus fundamenta qua- rit, cum amota discesserit turris, ruinis illa vixta premet temerarium artificem. Itaque non robur & alta fundamenta diruenda esse primo certamine, sed Her- truriam Neapolitanis regnis preten- tum valium, ut ea quoque conciderent sine ruina victoris. Carafe vero non ex ratione & usu belli, sed ex ira in- domitisque cupiditatibus vires suas & consilia metientes, inuadendum esse Albanum decernunt. Multum fame interesse, si primum ardua aggre- deretur exercitus, cuius manibus Ita- lia crediderit angustos suos terminos fo- re. Audendo, & magna sperando confe-cta esse maiora, quam bellum timide & caute per secura & inferiora trahendo. Nunc praesertim Albano cunctationem fore

Temera-
rism Ca-
farum.

fore salubrem, cui regni ingentes opes,
agri diuites equos, arma viros, &
commeatus abundè suppeterent; ean-
dem esse Romanis exitiosam, cum vix
alimenta militi, nedum iusta stipendia
darent presentes angustia. Deinde si in
Belgio, ubi concurrendum inter Reges
maiori mole, aliam se fortuna monstra-
ret, exercitum ab Italia quanquam He-
truria victorem renocaret Henricus:
nulli enim est grata externa Victoria,
que paratus per regni discrimen. Intra
prudentiam esse, & clari ducis artes,
mercenarios milites, qui per ingentes
sumptus tuendi sint, cum prima occasio
obuenierit, credere fortune periculo; ve
fructus ex illis capiat, quos in usuram
emit, eorum fœneraturus crux. Nec
minus sapientem agricolam truncu ad-
mouere securim, ut ramos etiam faci-
lius apprehendat; nec turris prociden-
tis impetus premit artificem, si ruina Multa
preuisa, molem sequentem iectus fuge- oppida
rit. Hac electa sententia, non acer Romani
minus procurator, quam auctor Ca- captiū, si
rolus, in Picenum agrum, & Sabi- nitis in-
nos ducijs.

nos Ioannem Bap. Tyraidum in uol-
lare iubet, qui militum nouorum
delectus ficeret. Bonifacius Symo-
neta cum manu valida Pribernum,
Rupem siccum, & Sezzam in dedi-
tionem rededit. Iamque inducla-
rum transacto tempore, cum amnis
ostio clauso, nullum maris conser-
cium alleuaret Urbes, nec agri
vastati incendio belli frumenta sup-
peterent, fames Romanos urgebat.
Cum igitur nouis copijs solliciti cō-
meatus Carafæ pararent, nec id, ni-
si redacta in potestatem Ostia, pos-
set effici, eam summa vi oppugnare
Romani se accingunt. Sex peditum
millia & octingentos equites duce-
bant Paliani Dux, & Petrus Stroz-
za à Pontifice ei legatus & instru-
ctor admotus. Is incredibili celeri-
tate usus, sex muralibus tormentis
directis, compulit Hilpanos diffide-
re, arcem esse tuendam, cuius rui-
na nondum essent refectæ. Eadem
ergo via, qua in vitoriam venerat,
victi dedicationem fecerunt, non sine
mi-

militiae probro, & ignaciæ dedecore. Hinc Strozza alacer castello Fiumicini ostium obtinenti copias ad mouit: cœloque pro Romanis pugnante, munitionem largo commeatu & reliquo instrumento belli instructam coacti sunt dedere Hispani. Enim vero Tiber assiduis procellis auctus vndas super Insulam fudit; terreisque aggeribus rapida amnis concursatione deiectis, ipsam in arcis aream vis aquarum ingens irruperat. Sed Albanus nulla necessitate aut argumento pro duceum innocentia mitigatus (nam miles obsidionem ferre decreuerat, strenue se pugnaturum clamitans in hostem toties vultum) dolorē adeo alte peccori inharentem condidit, ut Mendozam in Belgio assequitus, suspendio affici iusserit. Praefestus alter Hierosolymitanus eques in Melitam profugus, Albano postulante, Magistri iuitu in vinculis est habitus. Tam fœlicis expeditionis Romæ sorte nuntiata, populus vias, quas

quas paulò ante clamore næsto & vnulatu tuibauerat, nunc effusis gaudijs impleuit. Carafæ Hispanorum arma viresque contemnere, auspicium Galliæ Regis attollere, cuius ad exercitus famam ipsa mœnia Al-bani erecta manu conciderant, ve-lut expeditum iter, & fractam viri dextram ostenderent: iam minitari exitium, promouere bellum; regna sibi, sata, & Italiæ opes iactantia insana disponere. Hæc gaudia mirum in modum auxere læti nuntij, Lu-culli-villam, Rupem ferratam, Ma-xinum, & Castrum eadem fortuna partium à Hieronymio Freapane, & Francisco Villa esse recepta. Interim Paliani Dux Vicobarem obse-dit; quod oppidum Petrus Castella tuebatur cum Hispano vexillo. Sep-tem muralibus machinis erectoris su-per aggerem, magno fragili munitionis spatio acri verberatione de-cusso, Romanos Strozza iubet ac-cedere. Petrus cum suis acer & pa-tatus morti in ruina muri persistens, terri-

terribili conserta pugna, post multa
hostium funera, & suorum sanguinem , singulari industria & virtute
usus tandem pepulit cum strage Ro-
manos. At sequenti die, cum telorum
fulminantium impetus: & hostium
ultra sustineri non posset, in arcem
operis antiqui recedebat. Cum Ro-
mani ab Italo transfuga consiliis
Hispanorum admoniti, nondum in-
gressos assequuntur oneribus impli-
citos , & fuga turbatos. Caso ad
octuaginta sunt; septuaginta in arce
seruati. Qui cum primam effugis-
sent rabiē , vitas seruauere adducti
Romam captivi. Paulus ubi agno-
uit eos attineri in vinculis, & Cara-
fas supplicia minitari, edixit; non se
in humani generis cladem , cui da-
tus pater esset clementia divina; ve-
rum in Ecclesiæ auctoritatis & re-
uerentiarum tutelam armis monisse. Ita
que ut fidem faceret, Hispanos di-
misit pecunia & libertate donatos;
laeto in speciem dato humanitatis
exemplo,cum sacrosanctis iure gē-

tiūm

16 Ferdinandi Toletani Vitæ

tiam legatis poenas eas imponeret, quas remittebat belli iuste captiuis. Ostia, & Vicobaris fortuna populi Latini submoti, impigre rebellione facta, admisere Romanos. Dux gestis contentus, exitiali ignauia in Vrbem reducto exercitu, non nudit se ostendentem fortunam, & in maiora vocantem. Ioannes etiam Ursidas Volscorum capta oppida inuadens, fœlici rerum cursu euentus imminere cœpit Ananniae. Sed relato ab speculatoribus, M. Antonium cum robore Italorum ab Albano missum esse subfido, non ausus pugnat inire discrimen, nec præsidium tentare, protinus se in Urbe recipit.

Duces in
consiliū
iungit
Alban⁹

Leuioribus spretis clavis summi sapientia ducis, in unum discrimen, ex quo cuncta penderent, intentus, omnia victoriæ necessaria interitus mouebat Albanus. Concilio aduocato ducum, in quod admislus erat Ferdinandus Gonzaga, de rerum imminentium

Exitu curarum plenus agebat acrum inuidia Hispanorum, & gloria sua; qui virum Carolo V. probatum magna que bellorum experientia illustrem, quamvis odio merito inuisum, sua etiam sententia absoluit, ne aut Cæsar is acta rescinderet, aut communis inuidia se participem ficeret, vulgari consilio inducens, supremo damnato. Rogatus quoque ante alios Gonzaga sententiā, postquam debitas honori gratias reddidit, & de toto genere bellandi non aliter, ac tali ex viro licuit sperari, differuit: *Hec, inquit, duces, nō vanam in ostentationem tactauis; sed ut cunctis expositis, liberum iudicium Im* Oratio
Ferdin.
Gonza

perat oriri relinquerem. Ceterū ne in g̃as dubium fidem nostram reuocem, quam olim nouimus esse vobis ingratam, non subtraham animi mei consilium aribus vestris. Nostra est, Hispani, sententia; munire strenue urbes, montiumq; fauces, Tinguia, qua in regni corpus belli se inferet tabes. Tu Albane cum exercitiis fertili in agro, in urbe valida abiros;

18 *Ferdinandi Toletani Vitæ*
pias securus obserua, quam regionem hosti-
tis inuadat. Auxilia ea moderatione
commites, ut Gallorum orsa fūstren-
tur. Si vero montium finiumque decus-
sis, vietisq; præsidis, ad interiora regnē
penetret, tunc vexillis circumlatiſ, &
caſtris munito in loco positis, clauſum
tenere: & cum tua in provincia liceat,
omnia pro arbitrio tractare, fame in de-
ditionem trahe, aut in fugam male ſe-
curam. Tunc collatis signis funde hos-
tem mora, inopia, vigilijs, & metu ex-
tremo deteriorem factum. Sic Fabius
accerrimum hostem & victorem, in hac
ipsa amoenissima Campania ora diſti-
nendo & indulgendo fregit; ut eum
alijs minores duces vincerent. Nec Rex
Franciscus Gallorum (testis ades Alba-
ne) aduersus Cesaris diuinam mentem
& iniuncta arma, alia artes etenuit ſe-
curum, quam Massilia munita, Auen-
tionis murisse claudens, & quidem
modico exercitu. Sed iam ipſe maiori,
quam vellet, doctus erat exemplo; cu[m]
bello Italiam incendens & rapiens, Ti-
cini ad mortalia herens, acie vicitus &

captus sero nimis agnouit, quanto se errore implicuisse. Ratio quoque exemplis est clarius. Etenim vigilijs, labore, operibus debilitatur miles; atterunt usq[ue] copiae fame, egestate, frigore, aut solis astu; quibus malis oppressi ruunt in seditiones, ignaniam, & prædandi cupidinem. Quod si re infecta discesserint, fracto impetu & armis; si desperatione tabentes, arma & acies per incerta & ardua circumferre cogantur, nouaque in dies pericula & angustias cæcos & turbatos incurvare; tunc patet strenuo ducti occasio, pugna locum, tempus, ordinem, & reliqua necessitatē inducentia victoria pro arbitrio disponere; etiam eligere, an malit hostem ferro, an superiori mora consumere. Contrā autem M. Antonius, & Hispani duces, quibus magis auctor displicebat, quam sententia moderata salubriter: Interesse magni Imperatoris glorie, non in æquali virtute pugnando, robur esse Hispanis ostendere, quo exira armem & industriam victores existant, nec eos ut semper hostis ignavia.

M. An-
toni &
Hispani
dissen-
tient,

duum præterea magis esse ciuium conti-
nere fidem, & regni salutem, quam acie
hostem vincere. Cum enim Neapolita-
norum animi nouarunt rerum cupidi,
præsentes dominos tradito olim mose
fastidian, nec pauci imbuti adhuc amo-
re & desiderio Gallorum, exspectent mo-
do fortunam. an fœlix illa adiungat si-
duciam soeleri, cum his quoque Hispani-
nis esse pugnandum, qui nunc pro eos-
rum dominatione parati sint mori. Me-
liorest præterea inuidentis conditio, &
animorum alacritas maior, cum, pre-
cepto iam ante discrimine, volentes in-
currant, & spem vincendi cum acie si-
mul audentes extendant. Sic Macedo
Alexander Dario occurrit acer apud
Ciliciam, & Arbellam. Sic Cæsar Mag-
num inuidens, primo ex impetu fuit
sortitus victoriam. Sic inclitus ille
Piscarius, temerario certe errore pra-
ceps, quod etiam cogitare proprius de-
mentiam erat, benè audendo confecit,
exuto Rege castris, & capto. Non
aliam veritatem maiora exemplataue-
tur, quam validiorem hostem fieri, quæ
nostra

nostra signavia erectus, extendat ad vicitoriā manus, quam viderit ab alio contemni. Pro eo credere stare fortunam, cui melius sperare conigerii: magna enim imperia magna audacia premū illa constituit. Ad ultimum hoc belli genere intimici agri vastantur; alieno in solo grassantur incendia; & indē petetur presidium, unde imminebat discrimen, si hostis ea regione intacta potiretur. At Gallos si intra fines recipias, eadem nos damna consument; & forsan ciues ditione paciscentur salutem, & incendia rediment. Pessimum est igitur victoriae genus, qua inducitur peccandi necessitas; & quidem magno duci pendulum, nisi an̄ è sit vixus, victorem esse non posse. Ast alij, quorum spes & mentes inconsultus pauor ademerat; an ut cetera arguerent; adducta in testimonium expeditione Lautrecij, censebant, cunctis omissis, rerum caput esse firmandum, donec ab Hispania iusta adacherentur auxilia; & in Belgio fortuna Regis maior vinceret quoque Gallos in Italiabellantes.

22. *Ferdinandi Toletani Vitæ.*

Soluto **4.** Non tenuit ad hanc vo-
concilio cem iram Albanus, quam acerri-
Alban⁹ tam ignavia & diffidentia semper
quid sit in hoc vito conciuit. Itaque eius
faciendā sententiæ auctoribus seuera oratio-
se cum ne & amaris dictis increpitis, cum
ipse de- honore Ferdinandum nominans,
cernit. eius consilium ut honestum & salu-
bre probauit. Et Gonzaga pro tan-
to merito gratias impensius reddē-
te: Quid ni, credebas, inquit, tuam
mentem à nostra dissimilem posse vide-
ri, cum unus artifex Cæsar viramque
suis præceptis & virtute formauerit? Peruelim quidem, Ferdinande, agnoscas
non adeo in te Hispanorum acerba odia
infensum reddidisse, quam charū amor
Cæsaris effecit animo nostro. Huius
enim summum iudicium veneratus, &
vīmillam nature prope diniam ex-
pertus, nisi incī oblitus, aliter sentire
non debeo. Soluto in hæc verba con-
cilio, reputans quid optimum, quid
veluti dignissimum esset, statum
monumenta, exitus armorum gra-
ues, & lcta initia reuoluens, ad exe-

quutionem belli strenue intendit
animum; quod non modò propul-
sare, sed regni mole concita aggre-
di statuit. Primum quidem ex iuuē-
tutis flore iubet triginta millia cō-
cribi; in armisque à centurionibus
& tribunis exerceri, ut seruare or-
dines, & mutare acies agnoscerent;
ac velut in imagine discrimine æsti-
mato, non adeo noua facies cius oc-
curreret. Marchioni Treuici Sam-
nij Prætori, Ciuitellam, Piscariam,
Theatum, & cetera prouinciae cō-
finia impigre munire commendat, *Et mus*
non ignarus eam inuasurum Roma *nit regni*
num exercitum. Quapropter ali- *conspicua*
menta in arces & munitas vrbes
conferri præuiderat, tantum suis vi-
rius additurus, quantum Romanis
adimeret. Hoc munus Lupus Mar-
dones celeriter implens, rerum om-
nium copiā parauit, quæ in annum
sexaginta armatorum millibus suf-
ficerent. Enim verò Guisius crede-
batur, Lautrecij vestigjs infistens,
eam planiorem ingressurus viam,

nec fœliciorem exitum habituras; si ante copia debilitatæ inopia, periculis & labori redderentur impares; aut vrgente fame, dispersæ & errabundæ in prædam discurrentes, se se Hispanis armis & insidijs induerent. Interim Albanus, vndique belli mole concita, dum egenus hostis, insidijs obnoxius erraret, Latium, Picenos, & Sabinos inuadens, Romam obsidione premeret, & ni Giusius vertisset agmina, oppugnaret se curas. S. Floræ Comes frater Cardinalis Capuam urbem; Nolam Vespuianus Gonzaga; Federicus, & Garsias Toletani, hic Villæ francæ, ille Curiæ Marchiones, Agathopolin, Venosam, atque Ariam aggeribus foſſisq[ue] cingebant, studio insigni popularium arma, manus, opes, vitasque ipsas offerentium, contra spem Carafarum, & fiduciam, qua sibi ingentes motus, & ciuium paratas voluntates fore promiserant. Neapolitani illustres equites triginta singulas conscripsere

centurias, quas ipsi regerent, & suis
tuerentur opibus. Ciuitatum Dele-
gati, & Proceres audi fidem suam
Regi & Duci probandi, ter centies
centena aureorum millia obtulere
in belli sumptus Albano. Huius ini-
gentis summae accepta parte dimi-
dia, & pro obsequio, cui etiam pie-
tatem addijceret, gratijs actis, alsig-
nauit certum tempus, intra quod re-
gij questores pecuniam ex aerario
cum fide appenderent. Optimati-
bus, quorum voluit liberalitate uti;
ut, per speciem favoris inita gratia,
eis certè vires, forsan nocituras adi-
meret: si namque dubijs se initio
monstrantibus rebus, validi pecu-
nia, qua maximè indigebat hostis,
pro Gallis arma mouerent, ingens
momentum partibus Romanis ad-
iungerent: contra paupertate indu-
cta, & sceleris adempto præstio, ma-
nebat obsequij necessitas. Sed Dele-
gatis postulatis, vibium quoquè
magnificentiam & gratam volun-
tatcm dignaretur admittere, nota-
bilem

26 Ferdinandi Toletani Vitæ

Ducis
integri-
tas, &
sentētia
notabi-
lis.

bilem sententiam retulit: *Mihi ci-
ues fidissimi gratissima sunt munera
vestra sed grata magis est ciuium vi-
litas; hæc si me auctore & duce lœta
venerit, vos certe beatos, mefœlicem
dicam. Pecuniam à nobilibus accepi;
qua si eis nocitura non esset, saltem in-
tra breve damnum & tempus maiorem
summam congerent, latis possessionibus
diuites; & hæc non ex necessarijs victui
& familia splendori dederunt, sed qua
otiosa domi essent irritamenta peccandi.
Vos autem Delegati magnificentia &
charitate allecli, non vestras, qua circumfluant, opes; sed tributa, & misero-
rum sanguinem datis. Præstat cum mi-
nari exercitu quantumcumque bellum
aggredi, dum quiescentes ciues sonitum
armorum non audiant, & non audit,
qui belli dura mala non sentir. Hæc
uicorum benevolentia extremum erit
victo præudiū; tunc illi, & quæ nunc
remitto, & cetera quæ manent, studio-
so amore concedent: dulceque erit no-
bis, armis esse victos, ut vestra pietate
vincamur. At hæc sufficiunt maioribus*

etiam

etiam copijs tuendis, si ducis absit auaritia, & effecerit eius vigilantia & seueritas, quæstores & tribunos & ratiū eadem integritate & fide tractare. Si vero intersit Imperatoris nefaria cupiditas, & prefectorum auaritia eius indulgentia alita, nulli thesauri satiscerunt; exhausti regiones sunt, ut impleatur hec una vorago. Hinc exacte & prouenient exercituum clades, incendia urbium, tumultus, desperatio, lachrymae, regni denique & Imperatoris exitium; qui auditus pecuniae, non gloriae, misserimam in egesiatem, & fatapudenda ruit dignus, quem ciues oderint, & hostes exequantur poenas, quas incurrit ipse lacerando eos, per quos integros securam victoriā & laudem retulisset. Plures auri sitis & cæca cupiditas vicit, quam hostium arma fregere. Quæ enim vis hostium magno Regi nocere potuisset, si stipendijs, armis commeatu, & milite instructas ante ad urbes hostis accesserit: qui hinc inde castra mutando, continuis pralijs; fame, inopia, & operum labore attritus posset fundi & premi nullo discrimine?

28. *Ferdinandi Toletani Vitæ*

Itaque amici & ciues mei, cum hanc potissimam elegerim pugnandi rationem enixè contendam, ne Dux Albanus, nec qui nostrø sub imperio meruerint, videamus pro aut infami siti tot periculis & laboribus, sed pro digna gloria, & salute patrie se obijerit. Ab hac oratione Delegati in urbes suas egressi, cum inter ciues singulari studio & commendatione vulgassent, qualem virum & Imperatorem haberent; accessi in amorem virtutis eius, non modo que obtulissent Delegati, sed acto viritim censu, immensam vim pecuniarum parabant; ut si aliter res accidenterent, quam tanta ex magnitudine sperare debebant, redderent cum sceno regatiam.

*Belli apparatus
ingens.*

5 *Albanus cum in se ciuium animos & amorem conueratos, abundantemque ex inope vidit, maiori curarum parte solutus, fidentius consilia tractabat. Tormenta conflari iubet, parari tela muralia, & renouari armæ vetustate &*

lob:

longæ pacis otio corrupta. Equitum auxit numeros; & eas copias, quas maritimæ per urbes contra Turoarum cladem Henrici preibus & muneribus accitam dispersebat, una in castra coegit; satis esse ratos duces strenuos, & Praefectos immittere, qui ciues datis armis, instruerentur. Et quidem tantum erat Neapolitanorum studium, adeoq; iusta & fundata fides Imperatoris amore, ut eum atma sibi & salutem regni tradi conspicerent, verum ciuem & patrem acclamantes Albanum, cohortes & legiones impleuerint, non inbus datis operibus etiam fœminæ insisterent; quia dulcis eas liberorum amor, sexus imbecilitas, nec imperia ducum possent à catuvirorum arcere. Omnis igitur prvincia bello strepere, fulgere signa, litui personare; equites, legiones concribi, arma, tela, gladios & reliqua instrumenta mortis acuere, sed mira alacritate & concordia, ut triumpho, non bello, apparatus vi-

*Clauius
studium
& amor*

deretur ornari, diebus festis indi-
ctis. Jam Feltzenis Baron, & Co-
mes Albericus Lodronius Germano-
norum sex millia contraxerant. Lu-
douicus Barrientos ad conducen-
dos hos, & mille equites nationis
eiusdem, in Germaniam cum pecu-
nia missus intrauerat Insulæ. Ibi
nuntius ab Albano consequitur, ne
per Adriaticum sinum, ut in spanda
etis habebat, Piscariam aduehiet,
sed hostium vitata regione, per Ly-
gisticum & Tuscum mare, Caie-
tam. Quod salubre & necessarium
consilium tardius processit Prafe-
ctorum Insubrie contentione, &
Auriæ moræ certè maligna, quæ
non sensel in dubium exitum reu-
cauit huius bellifortunam. Etiam
Germana legio, quam ad Hetrui-
riæ tutelam Dux Florentiæ con-
scriptat, iisdem artib' morabatur.
Sed ex Sicilia mille Hispani conse-
nerant, & Ferdinandus Toletanus
Magnus Castellæ Prior tria millia
tyronum ab Hispania ducebat. Dum
hæc

*Pro Dn.
ce auxi.
lia iardē
mouen-
tur.*

hæc apud Samnites, Æquos, & Cam-
 paniam Albanus agit pari industria
 & concordia inquietus ; diuerso lon-
 gè fato fideque Insubriæ Praefecti Insu-
briæ sta-
tus.
 consilia belli tractabant. Enim verò
 Cardinalis & Piscarius, amaris ver-
 his irritato Senatu, supplicijs & exi-
 lijs frequentibus ciuiam, ac mili-
 tum irritatis animis, nec fidentes
 satis, nec cauentes, quod cit igna-
 viæ proprium, Mediolani clausi te-
 nebantur, hosti gloriæ, & vastandi
 licentia concessa. Brisacus occasio-
 num strenuus, quamuis exercitu &
 corpore invalidus, segnem se iacebat
 non sustinens, contractis ex præsi-
 dijs vexillis, Valfænariam & Cla-
 rascum magno cum terrore & de-
 core Gubernatorum fœlix inua-
 serat. Hic metus acer eos impulit,
 Germanorum animos omni indus-
 tria, blandisque promissis tractare,
 ut communis Italie periculo, socia-
 tis armis, occurserent. At cum Bar-
 rientos procurator corum destina-
 tio si sc constantius obiecisset, de-
 pre-

precans iniuriam, quæ Albano, eius sumptibus & cura erant cōscripti, inferebatur; & Germani suo instinctu tristem & infructuosam militem adsernantes, vana egentium promissa contemnerent; alias ad artes conuersi, Auriam amicitiae iure, & Regis præterta utilitate non inuitum traxere; ut causatus, debilem & naualem turbam, & narium multas esse carie arrofas, Germanos necessaria ad arma compelleret; aut saltem adimeret inimico præsidia: cuius gloriæ luce, affectus velut contagio mentes, acerius sauciantur, quam vulneribus alte penetrantibus patriam & propriæ famæ discrimine.

Paulus 6 Hæc inter Franciscus
Philippi Pacciecus cum Regis mandatis &
Spernit Belgio redux Vrbem intravit. Ad
munera. Paulum ingressus protinus, Philippi dedit litteras plenas amoris, & reuerentis obsequij. Excusabat vique in eam diem acta, contestans:
Nunquam se fide, aut animo disciuisse &
piez

pietate, & veneratione Apostolice Se-
dis: & quanquam arma intercederent,
sic cogente necessitate reipublicæ, odiis
tamen abesse: nec et, quamvis acerbissi-
ma, suam voluntatem posse mutare, ut
minus piè ac paternè Carafarum com-
moda & utilitates fouveret, quorum
opibus obliterat nunquam; verum à
se potius, quam ab Henrico habere vo-
luisse. Sin autem pro Sænensi agro tan-
to motu cōtenderet, ultrò se Ditionem,
& urbem concessurum perpetuo hara-
ditatis iure nepotibus: modo daret Pa-
ter finem Orbis scandalis, recogeret
Catholicos Reges tam tristi bello con-
currere. At Carafæ non iam de lecu-
ritate & opibus priuatis certantes,
cum tantis se instructos viribus,
Philippum metuentem, & Floren-
tiam ad partes inclinantem vidis-
sent, commercio interciso pacis,
minis & contumelijs Paccieunt
aggressi, protinus Urbe exire lusse-
runt. Ille insigni celeritate & induſ-
tria hostium vitatis manib⁹, equos
junctantè præparatos subinde fatig-

G

gans.

gans, ad Albanum permeat. Hic vero erat cella mente prædictus, & rerum abunde securus, ex Francisco cognita Carafarum dementia, dixisse fertur: *Tunc maxime e munere dignam clementiam venerari; quod ita ademisset hosti oculos, ut ingenti premio non viso, maiora insano bello requirerent.* At Florentinus, Regis deputatione cōperta (cuncta enim quæ acta erant, hostis retulerat, ut amoueret Hispanis, in maius aucta mendacijs) ingenti motu concussum, & multa apud ministros regios conquestus, ad Gallos vertit animum, inuitates Pauli promissis. Sed cum præceps & incertum esset nondum se Gallorum explicante fortuna, Hispanoque florente regnis, & ducibus, per quos summa & horrentia bella transfererat, noua fædera & amicitias, veteribus omissis, inuadere, dubium & hærentem se tenebat curarum mortu fatiscens. Tandem vndique spei & metus fluctu pullante, Albani magnitu-

*Nutat
Florenti
nus ad
Gallos.*

nitudine vi^tus, & in obsequiu^m du-
ctus estimatione ex illo viro con-
cepta, ad eum nuntios expedivit &
litteras: vbi commemorata amici-
tia, & sanguinis cognatione; eius
vnius fidei & benevolentiae, dice-
bat, spes suas, fœlicitatem, vota, &
dignitatem committere: ipse cum
Philippo de Sænensi vrbe tractaret
& doceret; an præmijs essent dig-
niores, qui ea hostiliter nefario bel-
lo postularent; an qui obsequio de-
ditus, eiusque voluntate dependes,
amicè expectaret gratiam, quam
æternum seruet, & reddat? An præ-
ualeat apud Regem iustissimum,
violenter & sceleratè, an obedien-
ter & probè fecisse? Albanus cer-
tam sententiam tenens, etiam per
damna in fide Hetruriam esse ser-
uandam, & Sæna penitus Catafas
arcendos, litteras ad Regem dedit,
& Ducem. In his monebat Cos-
mum, legatos quam citissime in
Belgium mitteret. Illarum senten-
cia erat; docere Philippum, quam

Auctor
est Alba-
nus Sæ-
næ dona
di Floris
tine.

grauia & diuturna in Italia foueretur incendia, si Galli potirentur Hetruria; qua obtenta a potentissimo & semper inimico Rege, Neapolitanæ prouinciae securæ esse non poterant. Dux deinde merita inionxit & quibus solicitaretur præmij ab hoste gnaro, quantum ea prouincia Italiam mediam tenens, ad inferenda arma iam Neapolitanis, iam insubribus, interesset. Sanensem urbem Florentino daret; quæ concessa nihil admireret virium, retenta Hetruriam omnē Gallis adjiceret. Debere igitur eo munere capi Ducem, non lecus ac magnus pīcias minoris detimento redimitur.

Is mittit Cosmus nimia anxietate diuulsos, *Ludoui* ut precibus, quibus diffidebat, digcum *To-* natio esset, Ludou. Toletan. uxore *teravum* risfratrem delegavit ad Regem, *ad Regē*. enixe deprecans: *Ne urbem Sanam* faceret præsidium inimicorum audacia; unde per Hetruriam explicatis armis, Florentiae imminerent ceruicibus; quæ vici, aut afflcta, in armo-

vum societatem rursus Gallis accitis,
Neapolitanum ad Regnum indomitas
cupiditates extenderent. Male enim
aduersus scelera & perfida munieribus
& indulgentia pugnatur: nec ingens
regnandi libido, ubi penitus insedit
animo, prima in spe acquiescit; sed inde
maior viribus, & a lentior facta, ma-
nus quoque transfert ad summa, &
violenta rapit; non aliter ac incendiis,
cum ex alimentis additis vires accepe-
rit; mox ventorum animatum flatu
quæque proxima tenet; dein contineri
impatiens, huc illuc sparsa flamma, syl-
vas & regiones inuadens, vniuersa per-
uastat. At si grane esset, tot bellis distra-
ctis opibus, urbis cueri presidia, eam
imperio fiduciario, amico Duci traderet
reddituro, cum Regi placeret adimere.
Sin autem beneficio & gratia certare
vellet, Sænandonata, Florentinos Du-
ces inter suos ciues & stipendiarios ne
dubitaret admittere. Vel saltem vim
pecunie immensam, quam patri Carolo
& ipsi locauerat, restitu iubere salutis
propè incerto Duci, & profide in He-

truria bellanti. Aut potius si iustas pre-
ces, ultima necessitate expressas digna-
retur audire, gratam veniam ficeret, ut
eu in rerum articulo domus suæ securi-
tati & saluti consulceret. Hac vitima
denuntiatione, qua videbatur Iædi
Maiestas, Rex ira turbatus, affectus
tamen eluctantes composuit; ne
cum ipse Gallico bello, & Romano
Albanus esset implicitus, tertius
hostis Florentinus insurgeret. Ita-
que vita sententia Albani, quæ om-
neni dubitationem ademit, Scenam
urbem & agrum, Portu Herculis,
Telamone, & Orbitello, cum Ar-
gentario monte retentis, Florenti-
no Duci concessit. Hæc summa fœ-
deris fuit. Tributarij Regum Hilpa-
norum habeantur Hetruriæ Duces.
Populoniam urbem veteri domino
restituant. Pecunias Cæfari & Re-
gi collocatas remittant. In nullias
Principis fœdera venire possint, in
consultis aut in uitis Hispaniæ Regi-
bus. Quoties hi bello in Italia certa-
rent, e quites quadringentos, & qua-

tuor

tuor peditum millia regijs castris
adiungant; mutuoque foedere ob-
triicti Hispani Reges, quoties hos-
tis Hetruriam armis inuaserit, cum
exercitu Floretiæ Duces protegat.

7 His ita compositis, Re-
gioque diplomate accepto, Ioan- *Deditur*
nes Figueroa Hispanus in Hetruria *Sæna*
legatus Cosmum ritu solenni Prin- *Florenti*
cipem Sænæ renuntiat, attonitis & no-
stupentibus ciuibus, templo, aralq;
cum gemitu velut vltima in neces-
sitate amplexantibus, & tristius de-
flentibus morientem libertatem, &
vrbē, quæ tot officia pieratis, oblie-
quia, & excogitatas artes inuene-
rat, ne in man' Florētini Ducis, quē
oderat, ac metuerat tyrannum, ca-
deret. Burgensis Cardinalis Sænæ
Gubernator, qui ducebatur propria
in Cosmum ira, cum inimicum au-
ctum, muneribusque ornatum à
Philippo videret, palam contra ire
non ausus, obstantibus Regis impe-
rijs, moras necere, & nuntios disti-
hunc curabat. *Deinde in urbem*

40 Ferdinandi Toletani Vite

contraxit præsidiarios milites, quibus per menses aliquot stipendia soluta non erant; affirmans se non ante deditum Sænam, quam stipendia redderentur militi suam fidem sequato, & eo vno pignore securitatis contento. Florentinus haud leuiter ea denuntiatione commotus, quæ spes suas & gaudia turbaret; ne tamen fugeret occasio cunctantem, annumeravit pecunias. Et tandem milite educto, quarto decimo Calendas Augusti Ludouicus Toletanus urbem cum vexillis quatuor ingressus, in verba Fiorentini

*Vnde ad Dacis ciues reculantes adegit.
uersus Hinc promptius in Toletanos ru-
Toleta. morem excitauit inuidia: illos cun-
noscri. ñta in se vertere; his regna, alijs
minatio opes, & libertatem adimere; alios
exoritur donare miserorum spolijs; suorum
fastigium extruere innocentis san-
guine, membris atque opibus. Regi
& patriæ conuulsis. Cur enim dan-
di Senensem agrum, Hetruriæ va-
lidissimam partem Florentino ex-*

titif;

etisset auctor Albanus, ad cætera
severus & tenax, nisi quod illius
vxor esset è Toletana familia? Has
nimirum esse egregias artes, quibus
vnam prouinciam ruerentur, aliam
ut adimerent Regi. Quantò esset
facilius dominationem, & quietem
Italiæ reuinere, si eo agro oppidis,
& castellis frequenti potiretur His-
panus; vnde Florentino obsequijs
necessitatem induceret, & recu-
santi imperia terrorem? Cum hæc
& talia, quæ etiam ad Hispanos
emanauerant, essent ad Albanum
relata, haud spernendam ratus inui-
diam, nimia ex sua claritudine &
virtute ardente flagrantem, ducum
aduocato concilio, postquam de
belli curis adhuc imminētibus egit:
Scitis, inquit, quāta in me per hos dies
inuidia inimicorum obstruxerit. Sed
quam plena malignitatis & ignoran-
ziæ sint, vobis coram ostendam; sensi
enim ad vos etiam vulgi mala transisse.
Conscientia mea, duces, arguitur, & fi-
dei desideratur constantia, quod dādum

Ratione
sententie
sue redi-
dit Alb,

42 Ferdinandi Teletani Vitæ:

esse Florentino Principatum Sanæ censuerim, meorum scilicet commodis publica utilitate postposita. Fateor me fuisse auctorem huius consiliij; ex eo magnam prudentię laudem, nec minoris fructus sperare rebus Hispanis; si me iudice, quem Cæsar Maximus supra alios ornauit, muneribus Rex augeat, & foueat. Nec tamen eo inficias, si ei consilio essem adhibitus, cum Herriam Cæsar Mediceorum ereditate fidei, palam medeturum, etiā cum offensionis periculo, eam non aliij, quam hereditate fortunę tradendam. Sic enim interclusa Italia, auctisque Hispanis viribus, nec Gallum ausurum prouocare, nec Romanis licentiam mansuram in dies nouandi tumultus. Quippe unius hominis stulte emitur gratia perdamna reipublicae; & eo munere relicta est Pontificibus inuidia, & audacia obtinendi similia: malum æternum duraturum; cui ex parte currimus, cum effectimus ut Sanam Rex Paulo negaret. Iam autem cum iuris suifacti Medicei, & instruclis securis opibus, regnus etiam nos;

nostris immincent, plenum sapientiae
erit, timoris vincula specie liberalita-
tis innecere; & ex libero ac potente
tributarium facere. & utriusque Ma-
iestatis imperij obnoxium. Quantò
sit ille futurus obsequenter, cernitis,
duces, addito poterissimo dominio, qui
iniurias possit vlcisci: nam arma Im-
perij longè sunt posita; & huius Ma-
iestatem tantum valere cognouimus,
quantum Imperator suis opibus præ-
ter. Itaque ex quo dispendio virium
maiores nobis accrescunt: nec alia in-
dustria aut armis fælicius potuit He-
truria restitui. At præsidij munita
Sæna, validius necessitatis vinculum
Florentinus, Hispanus opes habe-
ret. Hec exigui hominis sententia
est; cum regionis opes vix sufficiant
urbis tuendo præsidio. Quod si bel-
lum inferre placuerit, omne litus nos-
tris clasibus patet, Herculis portu,
Orbitello, & Telamone securum. Er-
go beneficij nomine accepit seruitutem;
cum noctales sint vires, ut eum pos-
site

¶ Ferdinandi Toletani Vilæ

sint aduersus arma nostra firmare; nec
ad hanc vili posse sin, ut se contemni per-
mittat. iam nunc rebus feliciter gestis,
¶ hoste pulso, metus omnis abscessit;
eo constantius & gratius durabit me-
moria beneficij. Sed etiam nostri iuris
facti Sænenses magnos rarsus fluctus
æstuque ceterent; iam Pontifices ini-
dia, iam Florentinum iniuria pulsante.
Hic hausta offensione, grandem
pecuniam repetens, si acciperet, vali-
dus, si negaretur, infensus, revocatis
Gallis, Itale æque in visceribus recep-
tis, bellum, quod est finitum, incenderet
scuiore contagio. At si veteris memo-
ria beneficij, & sua moderatione Flo-
rentini quietuissent; urbs illa staret cu-
pidatum & irarum Pontificibus cau-
sa: nimis umbris ignis æstuans, & eterna
flammeorum, quæ vastaret Italiam.
Hæc Duces impulere animum nostrum
non meorum utilitas: nunc vos oro, &
obtestor, censeatis; an ego de republica,
an mea censuerim. Quæ certe traxacta
sunt iam Guisio perculso, & liberū
in

In patriam iter, non regna petente;
ne tamen ordinem rerum turbare
suis quæque temporibus reddita, si.
Eut effectu cohærent, ita continuo
opere adiunxi.

8 Iam rerum cursum le. *Guisiū*
gens, vndē non immeritò *Sænæ de Pontif.*
ditionis, quæ effecta est Albani con. *Rom. ho*
filijs, cōtemplatio dīstraxit, sequar *norficē.*
ad exitum Galli exereitus iter. Gui- *tissimē*
sius muralibus machinis, quæ Fer- *excepit,*
rariensis ornauerat, Anconam iu-
sis inuehi, cum Ferrariae Principe
Alphonso, Carafa Cardinali, &
Strozza Romam citus intravit.
Eum ut vidit Paulus, nimijs attol-
lens fauoribus, honorum omnium
dato cumulo, Ecclesię liberatorem
columnen D. Petri Sedis & gloriae,
diuinę Maiestatis vindicem, du-
cemque coelestem nominauit. Ur-
banis salutationibus, & mutua gra-
tulatione finitis, amota frequen-
tia, de bello consultare cæperunt,
discordantibus animis. Guisius lon-
ga oratione, magnisque innitens

exemplis, Paulum ab expeditione Neapolitana deterrebat. Eadem tuebantur Strozza, & duces; quibus ardua nimis videbatur euincenda moles, quam dux inclitus regeret; & prorior aditus in Hetruriam

Etiabet Neapolitanū belum inuidacre. Ducis inclinata fide patebat. Sed Paulus nepotum concitatus stimulis monere non desitit, ut bellum iussum quam citissimè inuaderet. Tunc Guisius aditus tam ardua disserimina, Apconam & Centumcellas repetivit vadem, prædemque securitatis & fidei; ut aduerso fortunæ casu exceptus, auxilia & classem ipse posset recipere, aut recipi in Galliam redditurus. Pontifex, et si Guisius à Carolo sæpius promissa in Gallia poscebat, non occulta indignatione respondit; se nulli mortalium Ecclesiæ mimenta, & vires crediturum; nec aliud sanctius securitatis pignus esse pollicitum, quam fidem suam incorruptaveritate seruatam. Hanc ut argueret Guisius vehementius conques-

tuus est, illum promissi oblitum, ex
viris decei, quos sacra purpura or-
nauerat, cum ex fide oblata qua-
tuor datus es ei Guisij fauori, nul-
lum præter Strozze fratre, in gra-
tiam Ducis eo honore donasse. Pau-
lus æquitate iuris acta excusare non
valens, blando alloquio, & diuina
auctoritate defendit. Imperijs
itaque coactus Guisius, antequam
inuaderet bellum, Florentinum ag-
reditur missio ad eum vno ex in-
terioribus aulicis. Is Sgenam urbe in,
Lucam, Genuamque, eiusque filiæ
nuptias cum Regis filio Principe
offendendo, Ducis fidem trahebat
in partes, quas non ut externus, sed
ciuis iam, & Principis Galliæ sacer-
amplectetur honoris & constan-
tiæ securus: vel si foedus, nupriasq;
contemeret, arma, odium, & cla-
des minabatur. Iamque Galli ex
composito velut nimio gaudio ef-
fusi vulgauerant nuptias; ut earum
necessitate Ducē ab Hispanis auer-
terent, quibus suipotum reddidis-
sent,

Florenti
nū Gui-
sius ten-
tat,

sent. Non latebat Cosmum, quantum vanitatis subflet Galli promissis; sed timens potentis Regis iras, nec abouens, nec admittens fēdus, quod tutissimum prætentium erat, incertum respotsum dedit:

Solertia Florenti nū. Tale se consilium extra infamiam inire non posse, dum collo amicitiae signa gestaret; expectaret Gallus, donec torque aurei Velleris cum amicitia renuntiaret Philippo: tunc omni solutum reuarentie vinculo, non ingratum se occursum fauori & muneribus Regis. Cū his mandatis Gallo dimisso, epis nuntijs, ipsisque Guisij litteris traditis, Philippum incunctanter admonuit, quanta Galli monstrarent, & quanta pro fide ipse contemneret. Rex quamvis intuebatur facile ea vitro vanitate Carafarum esse composita, ut mutādi fidem necessitatem maiorem imponerent; laudata tamen pietate & constantia Ducis, respondit, Sénensis urbis spem à se è proximo ostendens, quam expugnaturus hostis erat, ve pos-

posset munus facere liberalitatis suæ. Albanum quoque Florentinus, anxietate simulata, vixtra quam credi posset, aggreditur, discrimin enuntians; quod summum etiam & impendens, si auxilijs firmaretur vltro amplexurus erat, nunquam beneficiorū, quæ à Cælare & Philippo accepisset, oblitus. Non minus artes Cosmi, quibus Sænam captabat, quam Gallorum vanissima promissa irridens Albanus, & ipse gnarus simulandi, occultisque verborum sensibus validus, credere se fingens, & laudibus immodicis attollens eius fidem, dedit litteras: *Non aliter se sperasse de eius animi integritate & reuerentia fidissimi amoris; qua propter enixe curaturum, ut ea, quæ per scelus recusasset habere, beneficio Regis acciperet.* Quod autem pertineret ad hostis minas, sciret, non antè Guisium Neapolitanos fines inassurum, quam ipse magno cum exercitu occurreveret. Si vero consilio mura-

so, Hecuriam violentus peteret, Dux

Eius artes pene erat, & fidē laudat Alb.

50 *Ferdinandi Toletani Vita*

sustineret impetum dies modo triginta;
dum regni collectis viribus, adesset con-
firmaturus amicum, & acie decreturus
an pessatio Italiæ Gallorum esset futu-
ra, an satis magno imperio & robore
eam Hispani tenerent. At Guisius, He-
truriæ spe certissima omisla, cum
præceps ira Pauli raperet, de Nea-
politano bello cum Carafis agebat.
Et electa planiori via, Ciuitellam
obsidendi esse constituerunt; cuius
urbis excidio Neapolitanis exter-
ritis, non arduum bellum, certè
quæstuosum fore credebât. Abruz-
zi enim regio (Samnites partem
olim, partem tenuere Piceni) ferti-
lis est & portuosa. Hanc Truentum
amnis ab Ecclesiæ ditione distin-
minat: pellucidi & fœlices amnes
rigant; multaque arborum frugum
& florum varietate distinguunt. In
ea sedem quoque habuere Prægun-
tini & Marrucini populi, pars Sam-
nij. Sinus Adriaticus ab Oriente
alluit, in uehendis copijs utilitas in-
gens: à Meridie Frentus amnis claus

dit.

Abruz-
zum des-
cribitur

dit, Apulos & Daunios fines secans: quā in Septemptrionem vergit, lati campis aditur: cætera tuerunt Apennini iugum, quod Alpes contingens, medium Italiam usque ad Locros diuidens; Siculo in mari terminatur. Ex Abruzzo per Apenninum non arduum nimis iter natura, vel industria molita est in Campaniam, Aequos, & Lucanos, validissimas quondam Italiæ gentes; tunc aditu & munitionibus arduas. Castella namque & urbes, & montium arctissimas fauces tenebant armatorum iesta præsidia. Samnitium autem nomen, sicut olim ingenij asperis & prælijs acerrimis clarum, ita nunc hominum ingenij mollibus, & urbium tenuitate obscurum omnes antiquæ gloriæ vires perdidit; Campanorum vitia retinuit.

9 At Guisius quamvis sæc. Neapolitano omnię plenus, in bella strenue se ranos facinxit, Pontificis adactus impe- nes. Guisio; simul incensus fama, ne dum sius agi-

52 *Ferdinandi Toletani Vitæ*

greditur

Anno

1557.

Brissacus Insubres insigni cum gloria vaſtaret, iners ipſe & ſegniſ vi-
deretur aliſidere fœlicibus campis.
Sed dum Romanas copias expe-
ctat, Franciſcum Columnam, An-
toniumque Tyraldum immisit;
qui cum magna peditum, equitum-
que manu fines Neapolitanos ad-
uerent, & Latij reciperenſ oppida
Hispanis firmata cohortibus. Co-
lumna Caui, Carpaneta, & Vatica-
no receptis, milites Ananniam &
Monfortinum recedentes ſequi nō
auſus, occaſione inexplendi itas, &
belli leges omiſit. Tyraldus Cam-
popolim tribus millibus à Ciuitel-
la diſiunctam vicit cruento prælio.
Taramo deindè, & Contra guerra
ſubactis, Corropolitanos, & Colo-
ninelenses agros euastans, triftia &
maximè nocitura Gallis ea in re-
gione bellaturis ſparsit incendia.
His quibus Carafarum impleban-
tur mentes, haud latus militiæ ex-
pertus Guifius, ad signa collecto
millito, audiuſ tentandi fortunam,

antej

antequidam Albanos instructo exer-
citu occurreret, Truento superato
celeriter, octauo Calendas Maias
in conspectu Civitellæ castra mu-
nijt. Et numero copiarum inito, sex
decim millia peditum, equitum
quatuor millia inuenit. Die sequen-
ti instanti, ut instruerent vallum, ip-
se cum Gallis è regione Orientis in
Sanctæ Martæ ædicula stationem
posuit. Heluetios à Meridie orsus
opus, cum Italis iussit castra iange-
re. Hi medium fortiti locum vali-
dum erexere castellum, vnde sep-
tem grauioribus machinis quasiata
sunt mœnia. At dum moram tra-
hit Guitius tormenta, quæ mari ad-
uehebantur, expectans, S. Floræ Co-
mes, & Franciscus Valentia cum
duabus equitū alis, auro ante ephip-
pium alligato, quod duum mēsium
stipendio sufficeret, in urbem pe-
netrantes confirmauere ciuium &
militum animos, cognito Impera-
torem de salute, & suorum com-
modis adeo solicitum agere. Quan-

Tronto

Civitellæ
lam obſe-
det,

quam enim Carolus Omphredus Treuici Comitis filius ardentis indolis iuuenis cum mille delectis Ital is tenebat urbem, vitum fuit Duci immittere expertos bello viros, qui iuuenis consilia regentes, flagrantes eius spiritus retinerent grauiori sapientia. Vbi super aggeres tormēta locata antiqui operis moenia euerberare cœperunt, magnum spatium nudatum muris apparuit.

Inuadit.

*Et cum
cladere re-
pellitur.*

Tunc Galli admixtis Ital is audacter ruinam terribili cum fremitu adscendunt: pugnaque aspera conlerta, ac diu sustentata impati fato, tandem promptissimis suorum amisisis, fetsi prælio, & vulneribus exhausti, in castra recessere turbati. Hærebat Guisius tremens, exiguae munitionis pretium, tot virorum fortium animas dari: insuper in memoriā reuocans, Albanum apud Mettim à se victum, nunc verla sorte, cogitabat se ab eius ducibus esse vincendum, non quidem validissimam urbem maiori præsidio firma tam,

tam, sed ignobilē & male securam
oppugnantem ; vnde nulla aderat
infamiae excusatio ; quam iustissi-
mam habuit olim Albanus, non hu-
mana vi, sed cœlestibus minis & in-
clementia deterritus. Accedit
etiam his malis assidua procella,
qua emollita humus impetum Gal-
lorum retardabat; non densi in or-
dines ire, non uti celeritate & ar-
mis poterant laplantes per ardua
ruinæ. Vrbs enim ereq[ue]o in colle
fundata haud facilem præbet acces-
sum. Et quamuis mœnia inualida
sternebantur istib[us], ea industria
dueum, militumque & ciuium la-
bor erat, ut instruendo vallo, sinuatilis-
que aggeribus obiectis aditum hos-
ti clanderent. Non fœminæ ex-
tra gloriam stabant ligone & dola-
bra accinctæ : victo animosè sexu,
trabes, rudera, & cætera instruendo
vallo portantes; cibum etiam, le-
ctulos, & omnia per quæ tuetur vi-
tam homo, maritis, filiisque sugge-
rebāt, ne ab statione discederet. Nō

*Conſan-
tia fœmi-
narū in-
signiſ-
z*

38 *Ferdinandi Toletani Vitæ*

paucæ ultra vires ausæ tentare pericula, in nodum collecto sinu, galeas & thoraces indutæ, hastas ac tæla vibrantes, seruare excubias, occurrere discrimini, ardua cuncta, & viris concessia depositare. Postquam reddit a fuit cœlo serenitas, Guisius iterum instructas copias admodum, & Galli contumelijs irritati ingenite vi premebant obfessios, & simul læti cadebant; nec pugnam omisere, donec Guisius suorum cæde cōterritus, signum receptui dedisset. Rursum inuadit Hæc inter miles Italus transfuga Guisius. (quis miretur tot inter fortissimos viros vnum sceleratum inuentum) Guisio fluctuanti animo debiliorē munitionis partem, & prinos monstrauit accessus. Ille strenue machinis circumlatis, muri latum spatium quat iussit, & instructas acies expectare ruinæ fortunam. Muris ergo velut glacie futili cadentibus, Romani Gallique strenue succedunt; & præsens Guisius instabat. Sed cum extra omnium opinio-

nionem fortissimus quisque moratur, & caderet, speculum citò misit tenuos: his referentibus objectos introtsum aggeres, & densa armatorum manu teneri, miratus celeritatem hostis, in aliud consilium revolutus, vineis plateisque compactis, pendente à rupe turrim dolabris & securibus subruere aggreditur. At non sufficientes *Virtus* atteres pondera deuoluta sustinere, industriae multis locis effracta, patientem militem vulneribus dabat: obsecrari & tabulata illis super infestam magis edidere perniciem. Comes autem, & Omphredus ubique audaces & multi militem, ciuesque fitabant exemplis, & oratione constante: foeminas laudare, reuereri, & viris pudorem, si vincerentur, ostendere. Tormenta, quæ duo omnino erant, hinc inde circumferre, ut maiorem numerum ostenderent repetito labore. Iuuit quoque forstorum egestatem: nam cum ea iam prope deficerent, immissias ab hoste

Et fortuna.

*Guifisi
frustan-
tur artes*

re pilas tormentis nostris inuenient esse conformes. Itaque ex ruina sumptuoso praesidio, in collem prope arce in tormentis erectis, eastra hostium, ipsamque Ducis itationem infestam habere cæperunt. Guifius sui non potens, ac frendens, vincis opere firmiori constratis, ruinas ingredi statuit, & per mutua damna obfessos euincere. Intrare fossam iubet duo millia Gallorum secunda vigilia; & monstrante se luce per ardua securos & lætos incurrere, dum ipse cum robore exercitus partem in auersam terrore circumdato, in se hostium manus oculosque conuerteret. Hæc adeò salubriter destinata, & primò adiuta fortuna (nam Comes ad tormentorum excitatus sonitum, eo inuolauerat cum delecto milite) virtus Italorum, & Albani auspicium amouit ab excidio, quod certissimum imminebat obfessis. Etenim qui in fossa excubauerant Galli, vacuas militis munitiones aggressi,

fœ-

minarum & concursu ciuium de-
trahi sunt primò; deinde milites ac-
currentes præcipites in fossam Gal-
los egere:nec cohiberi cucum mi-
nis & precibus poterant, quoniam
etiam fœminæ in recedentes & tur-
batos erumperent. Adeo semel vi-
tus hostis contemnitur, ut semper
vinci posse credatur.

10 Hastaueas inter curas,
& animi desperantis æstum Gui-
sium indignantem & attonitum
nouus pauor, & inopinatus magis
exterruit. Legiones Italorum, qui-
bus duum mensium stipendia debe-
bantur, acrem seditionem moue-
rant, compensaturæ male gestam
militiam extremo dedecore. Ve-
rūm ante omnia penetrabat Ducem
Neapolitanorum promissis discor-
dijs, non suis viribus fidentem ci-
uium pro Hispanis obstinata con-
stantia; fœminasque ipias intueba-
tur mæstus stare in muris armatas;
hinc facile inducens, quanta profi-
de viri essent ausuri, tali exemplo

*Turbat
Guifij
castra dis-
cordia.*

fir-

firmati. Suam ergo spem damnans, fidemque sociorum, & in Pontificem rei male gestæ causas vrgens, (quæ infelici um folet esse conditio) ira tensibus vctis, multa contumeliosa in Carafas effudit; quantum promissis & vanitati credidicrat, sine vulnere & telo Neapolitanos se in fidem volentes receptum. Lustratis deinde copijs, sex millia sociorum inuenit; cum ex foedore decem millia esse debuissent; quorum quatuor millibus Pontifex, reliquis Gallus stipendia penderet. Hinc ut erat ardens, iusta indignationis causa suscepta, Carafam Montisbelli Comitem Ecclesiæ militum ducem terribili asperitu perlustrans, tandem hæc in verba prorupit: *Quid ni deuotum caput, Regi potentissimo illuditis? an il-*
belli Co ium fore creditis segnem & ignauum
mitem uiciscendis iniurijs? An Galliam ves-
vehemè tris opibus niti? An nos sub Carafarum
tius in.. umbra latere, qui toties clarissima Imperia-
crepat. peria, ipsamque Neapolin contra inui-
diam

diam Orbis armaque cenuimus? Non
ne satis erat circumuenisse fraudibus
Gallos, immensa ostentando auxilia, in
numeris iungendo ciuium manus, per
quas tenens ego Neapolitanas promin-
cias, urbem regni caput membris desti-
tutam quaterem? Hac quam inania,
& falsa, rerum experientia, & exitus
infelix ostendit. Sed lenia tamen essent
animo nostro: nec ideo vir fortis nimia
incusaret fortunam, si proditorum ma-
nibus circumuentus, aut acie magna
victus caderet. Quis enim aliam ex des-
sertoribus sui Regis vicem non insanus
expectet? At nunc cum omnes perfidis
vincatis, etiam fures esse cognouis; quia
reuerentia famæ, pudore ingenuo, ves-
traque ipsa spe, & dignæ saltem hostis
cogitatione abiecta, traditam à Rege
pecuniam scelerate subducitis; ut mi-
serorum saginatis sanguine, viles cupi-
dites, sitimque pudendam impletatis.
Vbi milites, ubi arma sunt, & illæ in-
gentes opes, illæ innumerabiles copiæ,
quibus cœlum terraque nobis aperie-
batis insanis? Omnia in contrarium re-
cidis.

cidisse video; & infelix sentio, vos sae-
uiores esse, qui fallitis amicitiae specie,
quam hostes qui palam ex aduerso mi-
nancur. Nam ego sceleratum caput, per
Deum immortalē, qui humanis re-
bus testis adest, & perfidiae vestre testis
ad sit orō, nī Pontificis Maiestatem re-
uerenter intuerer, ultimo te suppicio
afficiens, compensarem vestra saeuissi-
ma scelera, & tot ludibria meorū. Co-
mes haud inferior irae licentia, sece
obiecit Ducis oratione procace:
qua maiorem in rabiem Guisius du-
ctus, imperat ut calix excedat, an-
tequam debitam eius impudentias
poenam infligeret. Comes, cui iner-
mis erat ira, tam absoluta denun-
tiatione Guisij territus, cum eum
sensisset rabie extrema flagrantem,
relatio exercitu, se ad Pontificem
contulit. Guisius etiam S. Petri Do-
minicum in Urbem misit, proprijs
similitatibus Carafis infensum. Hi
accerrime inuesti senis miseri de-
licatas aures Guisij temerariam au-
daciām, & immodicām licentiam
argue-

Ozuebant. Ille contra magnis cau-
nis Ducis indignatione probata, fe-
rociter minatus est Gallorum abs-
cessum in patrum, ni e vestigio ius-
tum militum numeram, pecunias,
commeatus, & instrumenta belli
pararent. Paulus nec iram, quam
collegerat tacendo ingentem susti-
nens, nec irasci volens, medium se
inter erumpentes affectus, & pre-
mentem necessitatem tenens, tem-
perata blandicijs oratione respon-
dit, & promissis oneratum Gallum
remisit in castra. At Itali, amoto du-
ce, nulla certa spe, quem sequeren-
tur, cuius gloriae & utilitati sanguini-
hem funderent, quis gratiam meri-
torum referret incerti, cum in dies
periculam urgeret, & inopia, erra-
bundi per castra ferebantur. Pars ad
Albanum signa vertere ; pars do-
mum rediere, vexillis reliquis, pau-
ciores Guisio adhucere comites in
omneni fortunam; non amore aut
dignum ob præmium, sed quod nō
haberent præsentiorem opem : &c

Itali cas-
trades-
runt,

64 Ferdinandi Toletani Vitæ

amabant in castris notis abscondere egestatem, quibus sceleris aut impia patria fastidio erat, vel pudori.

Alb. ad exercitū
venit.

ii. Neapoli interea egreditus Albanus, magno nobilium comitatus agmine, Theatum, ubi instrutus expectabat exercitus, decimo die Aprilis mensis venit. Cincinnatum rerum curam permisit uxori, & Federico filio, quem pater non minoris indolis specique iuuenens senserat, ac eum in Belgium sequatus clara virtute monstrauit. Utinam non adeo prouida fortuna timuisset, ne gloriæ suæ radijs Federicus patris claritudini officeret! An quod vni domui non liceat duos summos duces habere? Nam sicut regionibus sua munera natura diuisit, huic lætas vites, illi fertiles glebas, alijs amoenas frondes, & odorum copiam, alijs aurum, gemmas, aut quæstuosum mare, nulli cuncta beneficia concedens; sic diuina Prudentia indulgens, virtutes, & clas-

ros viros gloria dispensat. His Fran-
ciscum Pacciecum admonuit longa
rerum foelicique experientia illus-
trem, penes quem starent consilia,
penes suam domum auctoritas.
Exercitu lustrato ad Vmani flumi-
nis ripam, in hunc modum dispo-
suit acies. In prima ibat Mardonēs
tribunus cum tribus Hispanorum
millibus: Feltzensis Baro duo cir-
citer millia Germanorum adiunxit.
Mediam octo millia Italorum sub
Niconteræ Comite, Carolo Spinel-
lo, & Saluatore tribunis, imple-
sunt iussa; quibus accessit Treuici
Marchio ductor trium milliū Nea-
politanorum, quos nobiles triginta
equites ducebant, suisque tueban-
tur opibus. Huic agmini Vespasia-
nus Gonzaga, primo Garsias Tol-
tanus Præfecti sunt dati. Populeus
Comes mille quingentos equites
leuiter armatos per cornua diuisit.
Tantum has acies intercedebat spa-
tij, ut poscent equites in offendis or-
dinibus, si ratio belli, aut necessitas

*Lustratæ
kopias,
& ins-
truit,*

posceret, hinc inde discurrere. Extrema in acie stabat Lodronius Comes Albericus cum tribus Germanorum peditum millibus; iuxta aderat Ioannes Portocarrerus cum septingentis equitibus graviter armatis: Petrus Henricus Albæ Comitis frater Hispanus, quibus praerat, equites medium inter & extremam aciem locauit. Huic iuueni arcta propinquitate sanguinis sibi coniuncto Albanus Lupū Acunniam admouerat, qui maturis consilijs mitigaret ardorem rapientis iuuentutis, & moderaretur nimiae

Alb. in gloriæ cupidini. Etenim Acunnia, cuius memoriam & egregias laudes fanno. in superiore volumine attigimus, Piscarij victus odijs, & fato suo, reliqua Insubria, se in hoc bellum contulerat gnarus, quem apud Duce gradum insignis virtus haberet. Et quidem Albanus, constantia viri, & egregijs artibus ex Vulpiani obsidione præcognitis, latus recordatione virtutis, humanissime venie-

sem

tem exceptit; & in graduum , quo
pulsus erat, honoris restitutum p̄c-
esse voluit Henrico magistrum. Sic
distributo & per armato exercitu,
machinis, & apparatu belli, cum
allmentis, & vestibus militi tuen-
do receptis, V mano superato, mu-
nitissimo in loco castra posuit. At
dūm Ciuitellam in Samnio Itali ad
uersus Guisium immortali gloria
defendunt; non inferiori laude, mi-
nore p̄ficio Menicon in Tauri-
nis contra Brissacum Cunium ob-
tinebat. Hic quoque fœminarum
celeorata virtus enituit , pugnan-
tium pro muris ruina lata conuul-
sis. Armatæ viros , si cessabant
fessi, contumelijs, & exemplo cie-
bant in pugnam, supra vires , supra
virorum fortium constantiam au-
dentes. Sed hi, quanquam muni-
mentis auulsi, & plurimo effuso
sanguine assidua velut in acie p̄z-
ilia in dies vehementius urgerent,
sustentata spe, & nunquam in extre-
mis fallente constantia, etiam ad-

Cunij ob
sidio cū
Ciuitel-
lae con-
fertur,

uuersus famē sœuissimum hostem
acerrimi pugnabant. Non aliam
Numantiam fuisse credas, si obli-
disset Scipio; & hunc quoque vin-
cendum, aut loci modo victorem
agnoscas, si Cunij ad mœnia pug-
nasset; quæ penitus conuulta & stra-
cta non vallum, non aggeres, sed pe-
ctora inuicta reficiebant. Pilca-
rius etiam ausus fœliciter in tantæ
virtutis partem veniens, Brisacco
pulso, seruauit inclytas animas. Et
quando utramque prouinciam Im-
perator regebat Albanus, non extra
modum sinceræ veritatis agnoue-
rim, eius spiritum, & singulare aus-
picium ex Samnio ad Taurinos es-
se transfusum. Similes utrumque
caius, eadem virorum fœminarum
que virtus, Galli hostes, Præfecti
socij Itali; omnia denique sese in-
tuentia mirabili concordia ad mag-
nitudinem Albani gesta respondet.
Guisius tamen vincendi urbem spei-
tenax insistens, quamvis Hispanum
aduentare agricltos, & missi explo-
ratores

Fatores retulissent, vrgens operibus & irrito conatu obsecros, occasionem omisit idoneum locum casbris occupandi. Sed iam diffidens rebus & anxious S. Petri Dominum explorarum misit cum lecta equitum manu. Is in tenebras inclinante luce egressus, media ferme nocte non procul Julia noua consedit: quam Albanus castris tenere constituens, Populeum Comitem cum sexcentis equitibus leuiter armatis, & Garsiam Toletanum cum legione Hispana præmiserat. Comes ut erat promptus in omne discriumen, & contemptor hostium, nō expectato robore legionis, cum speculatores exiguum Gallorum manum se per tenebras vidisse nuntiassent, insequitur habenis effusis, nam fugam hostes adornare credebat; & id quoque exploratores rectuletant. Gallus, qui multum abhorrebat à tali consilio, ubi temere pro lapsos vidiit, cogit agmen; impetuque ruentes telis infestis excipiens,

Gallorū
leues
alae,
Hispan
nae con
currunt

Hispani audacissimum quemque proster-
turban- nit, aut vulnerat. Itali, qui in fu-
tur. gain motos, no prælio instractos
 tequi crediderant, attoniti impro-
 uisa vi mali, equos cæperunt educe-
 re: deinde cum acer hostis infite-
 ret, & nox pudorem abtolueret, or-
 dinibus solutis, sine mente, sine cer-
 to duce, per viam fossis inlepram fe-
 rebantur: quæ cum tot fugientium
 agmina una non caperet, se in fos-
 sas præcipites dabant; nec duces
 poterant sustinere ruinam, nec ad-
 monere turbatos. Donec subita
 etiam hosti inculta formido locum
 tempusque dedit Italos, ut concita-
 tis equis ad vicinum Hispanorum
 agmen se reciperent male multati.
 Gallus imminentem iam luce, ne suo
 rum paucitate prodita, aciem victi
 rursas instruerent adiuti noua pedi-
 tum manu, strenue recessit in castra
 aliquot nobiles captiuos secum fe-
 Petrus retis. Inter quos fuit illestrior Pe-
 Henri.. trus Henricius: qui in consulo ar-
 cus capi dore exectus, ignaro Acunnia, im-
 tur. prof.

prosperè quidem non instrenuè pos-
suit rudimenta militiae. Albanus
ob infelicem pugnam & Populei
temeritatem indignatus, hunc ta-
men blandius admonuit; ne alioqui
fidum & generosù spiritus iuuenem
seueritate intempestiuā alienaret.
Male enim per damna & odia mili-
tum clades accepta redimitur: nec
aliud sæcum magis, quam odium
ex calamitate consurgens: quippe
altius hæret affixus miseris dolor;
eum discutit alacritas socia fœli-
cium. Dicibus in consilium oc-
casis, Iuliam nouam celeriter vo-
cupandam esse constituit; ne sal-
tem ea opportunitate ingenti hos-
tis potiretur. Locus castrorum
satis capax modico fastigio se attol-
lit, quatuor à mari stadia, ab Vma-
no octuaginta recedens. Campo-
rum subiectum æquor frequentes
riui, & fossarum implicati errores
intersecant. Fertilis regio est, &
maris aperta commercio. Hunc si
Guisius obtinuisset locum, haud

*Alb. ad
Iuliam-
nouā cas-
tra ma-
nit.*

72 *Ferdinandi Toletani Vitæ?*

dubie posset bellum trahere, & pro arbitrio gerere, vndeque alimentis inuectis; quæ, deficiente clauso, His panus prohibete non poterat. Hæc omnia Dux impigre aduertens, dum milles accinctus castra munit, Acuniam cum magna equitum ala præmisit, qui simul vicisceretur cladem, & hostem ab oppugnatione urbis auerteret.

Arden-
tius Cini
tellam
Guifius
eppug-
sac.

12 Hanc Guifius ex me-
tu properantior, quæ est viri fortis
conditio, in dies vehementius vr-
gebat, machinis & vi aperta nitens.
Contra Omphredus iuuenis. S. Flo-
ræ Comes, Valentia, & reliqui du-
ces ac milites solicii & audaces
crebris eruptionibus Gallos amo-
uebant fossæ crepidine: hæc etiam
superata, duobus Gallorum signis
excubantibus fusis, instrumenta, &
machinas ad subruendum murum
præparatas in urbem retulere victo-
res. Ultima contumelia incensus
Guifius (nam eius quoque nomini
procacijs illuscrant) acies vndique
ad-

ad noueri iubet, oppleri fossam, &
iam pro salute & patria Gallos, non
pro gloria & urbe certare. Dum fa-
uit inter partes dura pugna, præ-
sentissimam fortunæ lux nouit
open:nam cum inter acies pron. p-
tissimè assisteret, suorum animos
dictis & exemplis stimulans, incer-
tum quā ob causam, citissimè equo *Eius ra-*
depositus, in eundem iussit equiso- *ra fortu-*
nem ascendere; qui è vestigio mu- *na.*
rali telo discepitus fortunam domi-
ni suo capite luit. At ubi Hispa-
nos equites, quibus post Hēticium
captum præterat Acunna, astutare
campis vidi, castrisque fidentius
accedere, non ultra venientem hos
tem expectare ratus inter se salu-
tis, Montorium Comitē, & Stroz-
zam consilio adhibuit post duos &
viginti dies circa inualidæ vibis
munimenta plurimis locis strata
consumptos. His quoque rece- *Recedit*
dendum esse tuentibus, antequam *Albani*
Albanus præmens fugientes ades *fama cō-*
let; collectis impedimentis, & ma- *territus,*
chi-

74 *Ferdinandi Toletani Vitæ*

chinis granioribus premissis, despe-
ratione, & famæ reuerentia confus-
sus Gaius in Coropolitanum
agrum castra mouit. Hostium nun-
tiata fuga Albanus, eos non insequu-
tus est; quippe statuerat sine pugna
vincere Ecclesiæ nomen præferen-
tia signa. Sed de industria cuncta-
tus, S. Floræ Comitem, Omphre-
dum, Valentiam, & Montesocam
ad se venire iussit, & secum mili-
tum & ciuium clarissimos ducere.
His pro singulari virtute & fide redi-
ctis ante exercitum gratijs & lau-
dibus, vniuersos, prout singulorum
eminebat gradus aut virtus, præ-
mijs affecit: duplex militi stipen-
dium, & ni mallent fœlici virtute
vti, vacationem militiae concessit.
Ciues perpetua tributorum excep-
tione donauit, ad fœminas etiam
neptes, & earum maritos ac nepo-
tes gratia transfusa. Qua liberalita-
te Ducis oneribus tributorum solu-
ticiues vrbi suæ non modicum in-
crementum addidere per negotia-

Hono-
res, &
premia
obfessis
donat Al-
banus.

torum frequentiam; & dignitatem
 per filiarum noptias, quas ea dote
 prætantes ditissimi Neapolitani
 certarim in coniugia petebant. Hęc
 inter Hanus V Valerus Aurię ve-
 stitus ciale, ad Campaniæ oram sex
 millia Germanorum expofuit. Al-
 banus per emissarios, quos intra ip-
 sa Romæ mœnia tuebatur magnis
 expensis, certior factus, Heluetio-
 rum legionem Latij fines ingressam,
 duo Germanorum millia M. Anto-
 nio misit auxilio. Ea tempestate
 Antonius, Voltcorum agro sœuo
 incendio vastato, aliquot oppidis in
 fidem acceptis, alijs vilibusq[ue]is, Pa-
 liano impunebat, alimenta subtra-
 hens, & cinctella circum tenens præ-
 fidijs. Tunc nouis copijs auctus,
 Annania & Frosalone munitis, Iu-
 lium Vrsinum campis assultantem
 repremisit; indutumque infidijs com-
 pulit, ut trecentis suorum aratis,
 se castellis & iugis montium clau-
 deret. Sed Albanus, iam victoriam,
 quam intenderat, & exoptauerat

M. Ant.
Palianū
obsidet.

votis,assequutus, fugientium tegis insistens ad Torturetum amnem castra mouit, Iulia relicta ob intolerabilem muscarum plagam equorum hominumque ora carpentium morsu pestifero. Inde missio Ascanio Corna,cum trecentis equitibus,& Acunnia cum duobus leuis armaturæ vexillis,experimentum statuit habere,qua superior virium parte,qua ve effet inferior. At quamvis strenue cum Gallis iniuerant pugnam leues Hispanorum alæ, graui tamen impetu cæphractorum premebantur; nec sibi fuga & ruina valuisset,ni Motqueræ fratres nobiles centuriones, trecentis velitibus Hispanis, quos ducebant obiectis, sæuo telorum imbre deieciissent promptissimos equitum. Legio quoque Hispana supra collem se ostendens ademit Gallis animos,& victis restituit; ita ut circumdato in orbem equitatu, infestis telis atque hastis decurrentes, coegerint tergadare paulò ante

victores. Guisius tabescens, & cogitationibus sortis infelicissimæ plenus, Neapolitanos fines omitendi certus, ad Truenti ripam castra locat: & amnem nauium ponte iungens, fatigabat militem, manus Ducis in sequentis euaderent. Alba-
Prese...
dam esse
fugā hos
tisduces
 nus quoque transcendens Vipera-
 tam amnem, non procul ab hoste
 considerat: & ducibus consilio ad-
 motis, de rerum promotione cun. Hispani
 et abundus agebat. Cunctorum fuit conser-
 sententia indubitata, hostem etiam tuunt
 in castris oppugnandum; dum me-
 tu fugæ turbatus, dum amnis traie-
 cit diuisus nutat, rapiturque incer-
 tis consilijs: posse certè validiores
 etiam copias deleri, aut saltem fun-
 di, si auderet sequi fortunam.

13 Ingrata fuit Albano *Alb. con-*
confidentia ducum, qua argui tacti- tra disse-
te videbat cunctationem suam; digrit,
namq; rem esse de qua pleniūs age-
ret credens, aliquantulum silentio
sixus, induces coniecit oculos; &
cum in cunctum magnæ destina-
tio-

78 Ferdinandi Toletani Vitæ
tionis intueretur iuspensos: semper,
inquit, à Deo Optimo precatus sum,
ardentissimas mentes militibus nostris
injicit; quibus instructi & armati
non intueantur aut exquirant, an sine
supra vires imperia, an arduum belli
discrimen; sed alacritate euecti aspera
& incerta, velut plana & tuta gestien-
tes incurvant. At in ducibus longe alias
constantie ratio depositetur; scilicet ve-
malint acta cum prudentia excusanda
habere, quam temerariam & inconsul-
tam ex fortuna victoriam. Hæc vestra
moderatio debet ardorem impetumque
fusum militum, se obiectando compo-
nere. Hæc una vos ad solidum glo-
riæ fœlices per securitatem deducet, nō
eam audacie postponitis. Iam quidem
virtutem vestram ingrataam esse nobis
negare non debo, cum supergressa termi-
nus à ratione præscriptio, in vitium
flectens, ceco impetu trahat. Ergo se-
magna disciplina estis capaces, iam do-
cebo, quo in rerum articulo quibus ve-
de causis prælium incundum sit, aut de-
rectandum. Quoties validissimam
pre-

emitt hostis urbem, in qua vertatur
provinciæ salus: cum nouas copias ad-
uentare, & ex cunctatione maiorem
hostem timeas, aut populos graui sedi-
tionum intestino motu turbari: cum ad
famam & prima initia belli errecti sint
externi, vel ciues, partem sequuntur
victoris, aut eum deserturi, quem igna-
num timendum esse non credant: quo-
ties in hostilem regionem multum ab
amica temeritas inconsulta, aut vi-
tis fœlix cursus evexerit: quoties eges-
tas, contagium, fames, aut seditio mili-
taris impulerit; virtutis leges submit-
tendæ sunt arbitrio fortunæ: nunquam
tamen nisi dignum ob præmium, aut
ultimam necessitatem obijciet se vir
fortis arduo pugnæ discrimini. Sic Mag-
nus Alexander in Asiam procul à Ma-
cedonia delatus; sic Cæsar Iulus apud
Philipposegens, apud Illerdam clau-
sus; sic Africanus Scipio, cum nulla
spes se ostenderet liberandi patnam, nisi
ab audacia & temeritate petita, per has
exitum inuenere fœlicem. Aut certè li-
cer credere, his viris complexis orbem,

80. Ferdinandi Tolentini Vita.

cuius de Imperio certabant, fuisse concessum, ut aliquid supra mortalitatis communem sortem auderent. Recte etiam Cæsariani duces Franciscum Regem castris & potentissimo exercitu instructum inuocasse; cum amissio Tiberio, non insubria modo, sed Italia sub eo acerrimo hoste concidisset. Fortis enim est viri animam seruare reipublicæ; ubi mors ei profit, illam libenter redere utilitatibus patriæ. Nunc vero, duces, quæ angustiae nos premunt? Quæ aduersa rapiunt? Quod dignum premium vite sanguinis, & infamie insanus bellii labor ostendit? Profecto vulnera & gratuitas cicatrices imponet aadacibus. Agite iam: vicimus Guisium, fudimus, magna acie postranim. An Ecclesiæ urbes nostro accedent Imperio? An Gallorum exulantium à patria nos expolia ditabunt? An avuum paludamentum Guisij nostras manus implebit? Hoc dignum premium erit tor nobilium ducum, & fortium militum cruoris fusus? Contrà vero, si pro eius parte steterit aequior fortuna;

quip-

quippe incerta est; & nulla in rerum hu-
manarum sorte, quam bello, exercet
violentius suae impotentiæ arbitrium,
regnum Neapolitanum, & cum eo Ita-
liam Guisius victor accipiet. Hanc
ergo mentem ipse induat, quem, si armo-
rum perpercerit rabies, mora itinerum,
egestas, & desperatio consument: qui
extorris patria, & sine spe redditus nisi
in victoria, ea pericula incurrat; ut si
mul certissima se morte liberet, & bea-
tas regiones, quas petit acer, fælix ob-
tineat: nos enim non curamus Guisium
vincere, sed Italiam defendere. At etiam
cum ille terga dederit, apud inualida
exigua urbis munimenta vicitus, quid
alera desiderare possimus? Quid maius
aut illustrius nobis acies cruenta daret?
Victores sine vulnere sumus: hostis fa-
mam nostram non sustinet: regnum Nea-
politanum cum Italia defendimus. Fu-
gias ergo, & nos solicitudine absoluat.
Instare fugientibus, cum hostium fuga
sit nostra Victoria, nemo mihi suadeat;
qui immanes Germanorum copias cu-
ltando delehi. Si autem ex cunctatio-

ne grauius urgeret discrimen; si periculis premia non in aequalia peteremus; Saxonici belli memor, flumina, & iusta maria pedes inuaderem. Sed cum in fuga hostium perfecta sit ratio victoria non alio, quam meo utar consilio; & contra andaciam vestram, quae una in uicta manet, solicitus & anxius pugnabo. Dum his attinebantur Hispani duces, Guisius nauium ponte utraque ripa luneta, media ferme nocte traiecit exercitum. Die ille crescente, timens adhuc, ne Albanus amne superato inuaderet prælium, an ut infamiae certissimæ obtineret vanissimam speciem, non à se, sed ab hoste vitatum fuisse congressum copias per litus extendit, munitione occupato loco; unde, etiam non tuente flumine, nulla vis posset extrahere, Id autem insuperabile munimentum erat: undeque enim praetatis ripis flumen tenuem in alueum coactum torrens & illis fertur atenas secum volvens & saxa. Qualcni aquarum

Guisius
interim
in Eccle-
sie fines
traducit
exercitū

trag.

tractu flosus mari se insinuat, incer-
tum fallentique aperit, & tantæ al-
titudinis vadum, ut pectora ingre-
dientium tingat; arenis vero dike-
atis, vestigio depresso, cervices hau-
riat equorum. Quæ omnia si vicis-
set militum constantia, & industria
ducum, terribilior occurrebat tipæ
facies, quam peditum equitumq;
agmina strauerant; & tormenta
erecta supra collem modicum dis-
cerperent incidentis & pugnantis
agminis latus. Sed Albanus, pulso
Guisio, non cunctatus ultra se accla-
mare victorem, Franciscum Val-
desium mittit ad Regem, nuntiatu-
rum, vacuam hostibus iam esse pro-
uinciam, eos pudendam in fogam
actos; nimisque citè se ostendisse
partibus Hispanis fortunato, quanq;
sequuturus erat memor, Gallorvm
quidem arma vinci, sed Ecclesia
nomen & signa prætendi. Deinde
strenue mouens, Ancarranum cas-
tellum accessu, & munitione diffi-
cile, prædonibus plenum invassit,

*Alb: Re
gem ad-
monet,
iam vi-
ctores hos
tes effec-*

84 *Ferdinandi Toletani Vitæ*

*Ancarr.
capit.*

ut eos etiam in pace saevos hostes auelleret. Prædones fidentes sati saxon, cuius acutum verticem tenebat castellum, præconi aut dedicationem hodie, aut in crastinum militanti ultimæ poenas superbè responderant; non ante se omnissimos oppidulum, quam pinnas habere Hispanos, aut Albanum de cœlo fulminare cognoscerent. Dux ira in censu, tormenta incollem erigi iubet. Paruit acer miles; adnixaque per saxa & ardua montis, quatuor secundæ magnitudinis euexere tormenta. Obtessi Hispanorum industria & constantia attoniti, cum iam tormenta fulminare sensissent, extra quorum iactus se stare crediderant, dedidere se viatoris arbitrio. Albanus, solo a quato castello, duo decim nocentiores suspendio necat, cæteros prædones clavis publicæ remis affixit. Alijs deinde castellis celeriter captis, & punitis defensionis auctoribus, cum Ferdinandus filius tria millia Hispanorum

*Ferdin.
filius rū
auxilijs
in castra
venit.*

ad-

aduexisset classe; redditis ob egregiam operam gratijs, laudatique ante exercitum Neapolitanorum constantia & fide, equites nobilissimos militia absoluunt; peditum quartuor millia magnificentissime donata remisit domum. Ipsi cum reliquo exercitu Asculitanos campos ingressus, intentus & paratus obseruabat Guifij consilia.

14 Is autem multum famae detractum irrita oppugnatione & indecora fuga, secum tacite aduerrens, fakturus representationem iterum inimicum solum armis & incendijs terrere, S Petri Dominum cum equitibus quingentis, & terdecim signis peditum Asculum iussit ire; & cum Ioanne Tyraldo eius viribus Praefecto iunctis viribus, Albano Duci se ostendere. Is quanquam sero exploratores hostium consilia retulerant, equitem leuiter armatum recta cursum dirigere, grauis armaturae equitem, & legionum agmen iubet, vitata militari via,

In eun
pugnans
Gallorū
cohortes

86 Ferdinandi Toletani Vitæ

longiore circaitu incedere; ut Gal-
lorum sensus falleret, ne se intra ur-
bis munitamenta tenerent, exerci-
tum adesse comperto. S. Petri Do-
minus natura & genio gentis ala-
cer, pugnæ audax, sub muris phalā-
ge instruqtæ, iaculatores per frumē-
tarias casas, amnisque Castellani
Vario ripam & pontem diuidit. Ipse cum
euents equitibus Populeum Comitem, &
pugna- Ascanium Cornam inuectus citò
eur. iensit, quam cum strenuis rem ge-
raret. Nam Italorum legio equi-
tem assequuta intento gradu, subi-
tò insurgenz Gallos compulit ad
iaculatorum præsidia refugere: &
protinus ingruente Hispano, omis-
sa pontis custodia, liberum aditum
dedere sequentibus. Vbi Italos te-
mere prolapsos Gallus vidi, agni-
nibus stipatis inuadens ac premens,
eos iam nutantes fudiisset; ni Fran-
ciscus Hibarra, vita fuga socio rum,
velitum Hispanorum alam, qua hu-
milem occultus tenebat syluam,
acerrimæ obicisset equitibus. Tuc
- nos

Ita;

Itali, & ipsi signari, quanta Hispanorum manus erat, militum accessu firmati Gallos maiori clade prosterunt: iamque exercitus parabat erumpere: sed prohibuit Albanus pontem ingreditot mentis arcis imminentis infestum. Acunniam tamen misit cum duabus equitem alis, & velitibus Hispanis quingen-
tis, ut Gallorum iam turbatos pedi-
tes funderet. Ille acer, accepto mi-
lite, hostem ad frumentarias molas
egit; maioraque ad conficiendam
rem expectans auxilia, citos nun-
tios mittit ad Ducem, qui admisce-
rent, hostem deleri posse, si modò
una legio veniret. Albanus fortunæ
suæ premens pro arbitrio, aut laxas
habenas, runc iusso. Acunnia rece-
dere, gestis contentus veritatem ad cas-
tra. Nam inopinati consilij ducibus
& milite inquirentibus caefanti, pa-
lamque indignantibus, fusos iam
hostes noluistre cædere, aut viros
in ditionem accipere, aulicorum
intimi ostendere, quæ ex ipso Alba-

Eas tan
dem fun
dit Acu-
nia,

*Cause
reddun-
tur cun-
ctatio-
nis Alb.*

no didicerant. Duxem scilicet hoc bellum importunum gerere, sicut diues homo & probatus cum ego-
no & procaci ludo decertat: ille ve-
ro magna cum possit amittere, cau-
te, non temere aleæ fortis annume-
rat; & cum nihil, si vicerit, speret,
curat modo non vinci; contra alter
habens nihil, quod perdat, si audax
sit & ira potens, lucri cupidine in-
citatus, fortanam sine lege & mo-
do fatigat. Ergo cum ex periculo &
vulneribus solum ingratam victo-
riam Albanus expectaret, & ex ea
pudorem, timoreque insuper ice-
ius; contra si exceptus iniqua forte
esset, regnum opulētissimum cum
Italia amitteret; eius sanè pruden-
tiæ fuit non ultra belli alcam tenta-
re, quam ut tueretus ingentes opes
oportuit, & egentis hostis acres cu-
piditates illudgeret. Nec Dux igna-
rus erat quo rumore iuorum ardēs
virtus laceraret occultam sapien-
tiam & inuisas artes. Sed ille mili-
tia & vetus & callidus M. Antonij

Pa-

Palianum obsidentis operiebatur
euentum, inde consilia moturus.

15 Plurimis circum urbem oppidis captis Antonius, militum Romanorum seditione nuntiata ob stipendia debita, praesidijs que duces inter se fastidio & multis odijs conuelli, inspem veniens motos ad discordiam posse in dedicationem trahi, obtidebat Palianum, longæ moræ tædijs & inopia fatigans. At Catafæ certi, amissio Paliano, quod omnium destinationum suatum, & fortunæ sedem esse voluerant, res suas perditum iri, militem sollicitudine ingenti cogebant, datuti laborantibus opem. Cum media ea tempestate intrauere Romanam tria Heluetiorum millia VVertzoductore. Hos Paulus intuens, insolenti gaudio perfusus, cęlettes dixit esse cuitodes Ecclesiæ nauis procelloso in freto iactatæ. Augensque fauorem, centuriones torquibus aureis ornatos equestri honore donauit; tribugum pul-

*Pro Pa-
liano Ca-
rafæ an-
xiè tun-
gunt au-
xilio.*

*Romam
inirat
Helue-
tiorū le-
gio.*

chris

chrīs donis, & dītiorib⁹ p̄mīs-
fis affecit. Post h̄ec iussi quam ci-
tissimē Paliacum contendere, mo-
niti in itinere, quatuor alas equi-
tum, & vnam legionem Hispanam
Antonio mīslas auxilio, non ausi
progredi, in vicino colle castra mu-
niant; donec Iulius Ursinus, &
Montisbelli Comes cum equiti-
bus, & Italorum pedītūm pati ro-
bore adēscent. Antonius, media in
Antoniu via occupato cliuo, inde excludere
arcere pa parabat auxilia, aut iusto p̄tlio de-
rūt auxi cernere. Ita id consilium Feltzo
mīsio cum legione Germana, & tor-
mentis grauioribus, ad occupan-
dam iugum inseptum rudi aggere,
& ascentu difficile, Salina centu-
rionem cum velitibus Hispanis
quingentis latus hostiam iubet, si
forte venissent, impetere. In ean-
dēm opportunitatem duxus Ursi-
nus, cum sexcentis laculatoribus
Aspera Italos occuperat locum; denso-
pugna que telorum imbre mīsio, coegit
conseri. Feltzum non sine clade subfittere-
tur. sed

sed Hispanorum auxilio firmatus,
rursum per ardua iugis cedentem cre-
xit aciem : & Hispani multorum
bellorum experti, industriaque vi-
tores, postquam aduertere Italor-
um ferreos tubos assidua iacula-
tione tementes irrito conatu tela
vibrare, dato impetu fidentius in-
currerant. Itaque fuso simul hoste
& pulso , Feltzus phalangem mo-
uenis, locum tenuit expectans impe-
ria. Tam fœlici pugnae initio in
summa vesti Antonius, dato signo,
in Helvetios cum equite irrupit.
Sed vehementius ab his pulsus, ne
vanitate mentis fugeret parata vi-
ctoria, Galteri cohortibus in tor-
mentorum &aggeris custodiam re-
latis Feltzentem legionem Helue-
tis, Italos obiecit Hispanam. Ipse
equo depositus, rapta armigeri lan-
cea, pedes constitit , suos dictis &
exemplo confititans. Non minus
frenue Vrsinus, & Carafa Italos in
Hispanos impellunt: quos illi robo-
te præstantes & numero, loco mo-
uere;

53 Ferdinandi Tolentani Vitæ

uere; nec stetisset nudata sclopeta-
rijs phalanx , ni velicū cohortes
alio forte distentæ ad suorum auxi-
lium prouolatent. Tunc Italorum
repressa audacia, æquis viribus pug-
natum est : deinde tormentorū in
ictibus, quibus media impetebatur
acies, & Antonius cum equitibus
insistens fregit consertam aciem.
Vbi rimam fecit mors & lacerata,
non fugæ spatiū excedentibus da-
tur: tela, hastas, ferrumque in ora
Hispani dirigunt, fundunt, cædunt,
stratos obterunt. Montis bellī Mar-
chio in scelete audax , ignauus in
discrimine, desperatis rebus , equo
prorumpens, vltimum laboranti-
bus traxit excidium, ordinibus in-

Inter cursu , animis exemplo turbatis.

Germanos Non dispar erat læui cornu dimi-
Helue- nōs cantis facies. Feltzus enim aduer-
tios con tens, extenta acie Heluetios media
seritur exinanisse, primum telis, dein cons
pugna ripatis ordinibus hostem cominus
terribi- cædens, tenuemque mouens aciem
cis. rupit. Sed iterum Heluetij suo cr-
tore

zore docti, densato agmine incur-
terant. Tunc duas inter ferocissi-
mas bello gentes pugna terribilis
accensa defecuit: armis arma, gladii
clypeo, pectora pectoribus obnixa,
manus manibus innexæ oppugna-
bantur. Enituit verò ante omnes
Feltzenfis tribuni virtus. Is hac in
acie centurionis, olim seruati ducis
gloria insignis medium perrumpēs
Heluetiorum agmen, cæso signife-
ro, ad suos vexillum retulit, eos vir-
tutis documento, & verbis fiducias
plenis stimulans. At grauis & con-
serta phalanx moram faciebat vi-
ctoriæ; & fauoris inmemores Helue-
tij pro fide data Pau lo obstinati pug-
nabant. Cum Hispani velites, iam
dextro in cornu traxata victoria,
latus impetens telis, sub itani incus-
sere ruinam. Ergo tot malis fatiga- *Helue-*
ti Heluetij, cedentes laxare ordines *tij tandæ*
& in vicinam sylvam pedem refer *fracti re*
recepserunt. Germanus haitis allur cedunt.
gens, disiectam & fluitatem aciem
acrius obturbat. Interim equitatus,

94 *Ferdinandi Toletani Vitæ*

peditibus victis, properans Scennam occupare effugium tutissimum, socios in cursu afflixit adhuc in acie stantes, obstantesque pro fide & gloria moritaros. Qui egregij viri, digni æquiore fortuna, sine discri-

Et cædū mine in syluam euallisſent, seruaf-
tūr. ſentque inclytas animas, ſi equiti-
bus obiectis tegerentur: nunc eorū
imperu accisi, omni ſpe deſtituti,
vndique hostium vi & multitudi-
ne oppreſſi, infelicitimis abiectis
armis, fogam cædemque per diuer-
ſa itinera & anfractus montium
ſparsere. Iulius Vrſinus ultimus, ut
decebat virum fortem, excedens in
felici pugna, graviter fauciatus re-
tractus est ab Hispanis captiuus.
Duo millia ex Pontificijs occubue-
re, ſeptingenti ſunt capri. Heluetij,
in quos ut fortissimos belli rabies
incubuit, octo centuriones, ſeptem
amisere vexilla magnificis defen-
ſorum Ecclesiæ, & Sedis Apostoli-
æ argumentis inſcripta. Ex regijs

ad centum quinquaaginta desiderati sunt. Cæterum præda haud quanquam militum avaritiae sufficit: namque Vrsinus, ut agmen expeditum incederet, impedimenta Sennam ante contulerat. Antonius hac victoria supra modum latus, qua sibi mœnia Paliani absque dubio aperta esse credebat, Felizum Rupem Maximi oppagnare iubet; ipse Sennam maioris molis urbem inuadit. Rupem tenebat Ioannes Lorinus eiusDominus; qui spretis minis Germani, certus ad quantienda mœnia euchi tormenta non posse, responsūm præconi dedit, se pro Ecclesia & fide mortelle param. Feitzus, ubi minarum terror, & virtus proficerent nihil, callidum inueniens consilium, vanam speciem tormentorum finxit, ligneis tubis super vehicula impositis: vimineos deinde corbes intexi, instrui aggeres, tela, ignes, & omnia ad veram fraudem necessaria adfeci curauit. Horum vana repre-

Dolo Ro
pem Ma
ximi
Feltzus
inuadit.

sen-

sentatione Lorinus in expertus iu-
 uenis attoritns, omisla, qua innite-
 batur, fiducia loci , oppidum con-
 cessit arbitrio Germani. Eo iure
 belli direpto, & dato præsidio, ver-
 tit lœtus signa ad Antonium Sennā
 strenuè oppugnante. Non hæc
 illa Hetrusca, sed Volscorum in-
 agro sita, quondam Romana colo-
 nia, edito in colle ercta prospexit
 late campos. Mœnia aduersus
 antiquas machinas tatis firma, sed
 nullo propnaculo, & nocendi ar-
 te fundata, nullo sustentata obiectu
 aggeris , cum ad auernales huius
 temporis flammas, aut cœlestia ful-
 mina est ventum, peruia telis erat,
 mure terebrato, ædibus simul pro-
 cidentibus. At tamen oblessi, quam
 uis undique premente ruina , non
 omisere animos, & spem vrbis tuē-
 dæ. Vallum introtsum, qaa parta
 mœnia conciderant, orbibus linua-
 tis, & angulis transversis ergebât:
 non die non noctu quietem pati,
 dirigere tormenta, & se fidentius,

namq;

nam numero pollebant, ostendere.
 Perfecta munitione, eam inter se
 collapsa moenia ingens spatiu[m]
 relictum sulphureis insepsere ma-
 chinis, ut ingretisi ad pugnam mili-
 tes subito haurirentur incendio.
Hec impigre curabat Ioannes Cō-
 tus militiae gnarus, & artibus tec-
 cundus. Antonius in huius urbis
 excidio ratus, optatam Pallani sta-
 re victoriam, ubi planum est ascen-
 sum exploratum missi retulerit, da-
 to tuba signo, in frontem Germano-
 nos direxit. At Hispani, qui iuxta
 tendebant, coru[m] tarditate ingenia-
 ta, aut metu remorante audius visi,
 iocitatissimo cursu ruinam super-
 euadunt: editoque clamore terribi-
 li, velut iam se[le] immisuri penden-
 tes, audaci calliditate hostium frus-
 trare consilia. Etenim ut im-
 minentes viderunt, haud dubij pro-
 tinus excensionem facturos impe-
 tu, tormentis una, & machinis oc-
 cultis admoto igne, salubriter desti-
 data praeuertere festinatione inco-

sulta Romani. Tunc Hispani, telis
flamnisque in vanu in absumpsis,
se se imperu fidentes emitunt; &
caeso milite, diripiunt urbem om-
ni copia refertam. In ea enim Ursi-
nus, & Montisbelli Marchio, (ve
supra retulimus) Paliano ferentes
auxilia, impedimenta exercitus,
arma, commeatus, tela, & nitratum
puluerem tutissima velut in arce
posuerant. His iam in Palianum ver-
sus auxilijs, Antonius propius urbe
castris admotis, erectisque castellis,
vallo fossaque circumductis, obsi-
dium cœpit urgere.

*Vrbis vi
ctoriæ
Antonij
fama
turbati-*

16 Ursini clades Romæ
nuntiata populum & optimates di-
uisit in partes, irasque Carafarum
accedit, quasi probris minisque
debellaturi essent Albanum. Indig-
na & miserabilis profectio erat Ur-
bis almæ facies, multiplici horrore
confusa. Per vias mœstum vulgus,
mirabundas miles concta disoro
clamore turbare: execrati artifices
tanti mali Carafas; nomina eorum

COR

contumelijſ excindere; libelloſ ſa-
mosos ſpargere. Iam cœlum Deum
que, & D. Petrum intuentes, ad tē-
pla & aras fuſi precabantur, qui-
tem tandem daret ciuibus ſuis, aut
Urbi finem, quam ſanguine cœlef-
ti ſacrata Imperij lui ſedem ele-
gerat; ob cuius Maiestatem Orbis
amiffo, tot laeva ac roties prope ex-
tremo vidiffent. At quibus nobili-
tas aut gradus celiſor erat, vno ag-
mine adiere Carafas, ſpe, metu,
& defectioneſ Romanorum mi-
nitantes, ni protinus ad pacis æqui-
tatem venirent, in desperationem
eos, ſeuioresque cogitationes tra-
hebant. Paulum nec monere aude-
bant, nec poterant, in ſepto aditū
aci adulatione & custodia. Sed
cum voces famaque infelicis pug-
næ, & Guiliſ pudendi recessus ad
ſenis aures emanaffent; eo quod
ſubtraherentur clades, maiores eſſe
conieſtant; ad ultimum cognito
Sennam obtinuisse Hispanos, tanta
eſt omnium ſenſuum perturbatio-

ne correptus, ut sacro Purpurato-
rum aduocato Senatu, inter pailem-
tes confusi vultus notas dixerit:
Hoc tem quoque iam Roma potirurum,
qui tam munitam & instructam ur-
bem potuisse euincere: se in tormenta
& vulnera firmare corpus animum-
que; ut quando suum legatum tanto
dignum beneficio agnouisset Deus Op.
Max. ipse alacer & promptus occur-
rens, martyri palma inclita trium-
phans, beatas sedes, tot jceleribus reli-
ctis, & graui mortalitate, concende-
ret. Nimirum sanctissimus Pater
libertatem Ecclesiæ & diuinam re-
ligionem tuebatur: sic Orbis Ro-
mani concordiam, & D. Petri Se-
dem fundabat, bellis Europa con-
cussa, accisisque Ecclesiæ opibus
quam tunc miserrimam lacerabat
multiplex libido suorum. At Gui-
sius non minus sociorum perfidia,
quam bello tristi perculsus, in Cisal-
pinam Galliam statuit arma conuer-
tere. Vocatus enim saepius litteris à
Ferrariensi Duce, fore ex utilitate

publica agnouerat, cum sacerdos ar-
mis iunctis, simul per Taurinos ir-
rumpente Brisacco, inermem & di-
uitem prouinciam occupare; vnde
gradu facto victoriar, Neapolin rus-
sus & Siciliam inuaderet. Hoc
consilium dudum cogitatum salu-
briter nimius Carafarū ardor apud
senem properantium inscitia & im-
potentia euertit insanus. Iam au-
tem post res amissas, & transacta
tempora, sera prænitentia durabat,
cum immineret viribus collectis
Albanus, hostium pretiosus vesti-
gia: translatis itaque in agrum Me-
diolanensem signis, solum muta-
batur, non bellum. Sed cum Gui- Educes
inter se
discor-
sius innata alacritate gentis, & ira sua apertus, hæc multo cum gemitu effusisset, minitans se è vestigio des aggrē
discessurum ad vocarem sacerorum, des aggrē
Carafa, & Turonensis Purpurati,
cum Petro Strozza Galli destina-
tione attoniti, apud Anconam
cum alloquuti, preces, questus, iras
& cetera doloris tentamenta mis-

centes, hostiam manibus communem Patrem traditum esse ab illo clamitabant: aliam Vrbem, delubra Apostolorum, & diuinam in terris Maiestatem sacrilego obiecta rifutori. Cur in Latium venisset, amicos proditorus, cum immineat necelitas præsens, cum non aliter eorum rebus nisi per Gallorum arma possit venire securitas? Cur cederet primo ictui fortunæ, non aliâ ob causam victus, nisi quod recusauerit vincere? Timeret sui nominis famam, & consensum Orbis meritam estimationem benè ac male factis reddituri. Se vero Deum Superosque ciendo, pijs votis imprecatus esse vindictam; ut quales essent Galli, tales sortirentur amicos, tales commilitones haberent. Contra Guisius sibi datam fidem requirens, calpam omnium & misseram fortunæ sorteim vertebat in socios: non iustum militum numerum, non arma, commieatus, & stipendia data: cuncta extitisse fraudibus

būs plena, & diueria promissis: auaritiam, superbiā & contemptum pro liberalitate, amicitia, & honori bus recidita. Deum inuocare testem, sancte & constanter ad ultimum coluisse se fidem: nec deinde, si per eos liceret, pietate & obsequio aduersus Romanam Sedem mortalium ulli cœsiurum. His mortibus animorum æstuantes nuntiata Ursini clades, & obsidio Sennæ vrbis oppres sit. Cumq[ue]tis ergo omis s, Romanū inuolant, coram Pontifice astuti deserum bellique nutante fortuna, si mul ut pecunias, quas otiosas condere auarus senex credebatur, exigerent. Is autem ut erat à metu recens, & ira (iam enim expugnatam Sennam fratres nuntij retulerant) ubi Gallum aspergit Duce m, nimius semper in favore vel odio, defensorem cum, & primogenitum Ecclesiæ dixit; ad eius manus se, fidem, pietatem, atque arma configere. Tunc etiam Carafæ, quidquid metus acer

suadebat & immensa cupido, pollicentes, disitem Guisio describunt in Neapolitano regno prouinciam; honores congerunt; opes, arma, commeatus ostentant, & copias militum augent, nunquam magis falsi, quam cum veriori mouerentur affectu. Horum obsidem prædamque Cauis Marchionem Paliani Ducis filium, vnicam spem domus offerunt; quem in Gallia Henricus haberet. Guisius tantum terum vanitate impletus, postquam non Inanes esse aut fictas iræ suæ causas ostendit; Regis nomine pollicetur, quatuor Heluetiorum milibus, & nouo equitum Galorum delectu copijs auctis, se obedienter factorum imperata, dum Pontifex staret promissis. Inde Guisius ad tuendos Ecclesiæ fines egreditus urbe, copias vndique in unam sedem contrahit, audius iterum inuadendi Neapolitanum regnum; vel si occurseret Albanus pennis quem mansura esset Italia, certus

eius magna acie decernere.

17 Paulum iam vi aperta
 & Galiorum armis dissidentem
 nondum artes & simulatio defece-
 rant; quibus, ni suorum velata re-
 meritatem raparetur, facile illudetur
 cupientem falli, ne vincere cogere-
 tur. Evidem eo tempore, quo Gui-
 sum vehementius in arma ciebat,
 Florentino, Venetoque legatis co-
 filio adhibitis aperuit; se tot malis
 suorum, tot laboril us Ecclesiæ nau-
 fragantis fatis, & Italæ precibus,
 non minis Hispanorum & terrori-
 bus victum, pacem Orbi fatigato-
 dare volsisse, ni pertinax Philippus
 obstitisset, qui toties paternè ad-
 monitus, toties in amicum fædus
 prouocatus, contumelias, anima &
 incendia pietati ac benevolentiae
 retulerat. Legati, cum lateret ani-
 mi vera sententia, veraque timo-
 ris causas, & ortas ex necessitate
 consiperent, affectus quoque ver-
 bis & rebus conuenire credentes,
 iam ciusblando alloquio mitigare

*Paulus
 intendit
 fallere
 Albani*

cæ-

fos Ferdinandi Toletani Vitæ.

cæperunt laudare bonitatem; pa-
ternam charitatem attollere; & im-
minens vrgere discrimen: se inter-
nuntios, & obsides offerre, Alba-
num, armis positis honestam in pa-
titionem ventorum; dum ipse amo-
tis odijs, ad eum legatos mitteret,
qui acta utrumque publica auatori-
tate lancirent. Exarsit ad hanc vo-
cem Paulus, iraque senili, quam ne-
potes accendebat, raptus:

Sed sua
impatiē-
ria pro-
ducitur.

Ante, in
quitdecussam his humeris caput obstu-
pescens orbis inspiciat, quām adeo in-
dignam nostræ Maiestatis, & puden-
dam sortem admittam. Ego cum Alba-
no in leges & conditiones pacis ex-
equa descendam? Nos summus terra-
yum & cœli pro Christo moderator, pre-
ceptra & leges non quidem à Regedaz-
*ras, sed à proditoribus meis & inimi-
cis accipiam? Ego cum rebellibus &*
sceleratis subiectus agam, quos penden-
tes ultima supplicia videre festino? Ex-
cedat Latio Albanus, arma deponat;
mittat oratores & inermes precies Phi-
lipus habitus, quām cum que dede-
rit

sit fortunam clementia nostra. Tribu-
 tarius noster est, quem iure suorum sce-
 lerum Neapolitanis regnis expulimus.
 Si tamen supplex veniat, forte amissam
 gratiam recipiet & regnum, non pre-
 dam violentiae sue, sed donum liberali-
 tatis nostrae. Attoniti & harentes
 tam abrupta sententia legati, cum
 obstinatum eum vidissent, & nimia
 etiam in æquiori fortuna perentem
 nihil ausi contra proferre, discesse-
 runt domum mælli, desperata con-
 cordia. Inde per Urbem iparsa cele-
 riter fama, quid timerent, aut quid
 vitarent incerti, Romani operie-
 bantur suspensi, quo se tam æstuau-
 tis iræ flectus inueherent. Nec
 cunctatus Paulus abundè satisfecit
 expectationi mortalium, Morone
 Cardinali arctissimè custodiri ius-
 so; quem hereticæ superstitionis in-
 famare constituit. Verius credide-
 rim in tales virum deflagrassie ini-
 micorum inuidiam, ob egregiam
 fidem & operam erga Hispanos ex-
 hibitam. Quæ postea à iudicibus
 sum.

Hære-
 os crimi-
 ne Moro-
 nem Car-
 dinalem
 infamat

108. *Ferdinandi Toletani Vita?*

Iammo studio discussa suspicio, et si
innocentem & clariorem reddidit,
supremum tamen debitum eius vir-
tutibus ademit honorē. Sed etiam
Ex Polū Cardinalem Polum tandem ob in-
Cardin. uidiam munere legati Pontificij
expoliatum Romam ad dicendam
fidei causam accersit. Id quod Ma-
ria Regina Britanniae, & bonorum
omnium dolor acerbè tulit, insig-
nem pietate virum, qui in fatigabi-
li studio verum Dei cultum & reli-
gionem procurans, singularem ope-
ram Ecclesiae & cœlo locabat, adeò
turpi crimine infamæ & vita peri-
cula esse deductum : dumque ille
pro fide & religione sese obiecat
hæreticorum odiis, labores eius à
Patre summo onerari, imposito ex-
tremo flagitio. Hinc quoque ad
ixam tandem motus Rex Anto-
nium Valentiam (quem missum re-
tulimus nuntium cæptæ victoria
Londinum, ubi tunc Philippus age-
bat, in Gallos armatus Britan-
niam) celeriter cum mandatis ad

Albanum expedit; bellum quacumque arte posset, aut violentia finire; ne illustribus viris, & Christiano Orbi pericula, gaudiaque hominibus hæretice prauitatis accrescerent.

18 At partium fortuna cognita, socrorumque perfidiam & vanitatem expertus, aliter affe-
tus Henricus, Latium, & spem Neapolitani regni statuit omittere. Iamque dederat mandata ad Gui-
sium, ut armis cum Ferrariæ Duce iunctis, Parmenses atque Insubres, facilem prouinciam & vicinam præ
sidijs Galloram innaderet. Ea enim tempestate per Belgium ingruente bello, extra prudentiam censuit es-
se, procul vites tantas, strenuumque
ducem retinere. Cum Petrus Stroz-
za circa nauis delatus maxime op-
portunus aduenit; qui fidei unico
pignore Marchionem Cauis tradito,
& Pontificis litteris, quibus Protec-
tor diuinæ religionis, & Primoge-
nitus Ecclesiæ filius dicebatur, ali-
quando

quantulum flexit Henricum. Et Strozza æquè gnarus aulæ & belli militiæ , ubi introspectis motu, blanda & medicata manu offensio- nis altius inhærentes causas evulsi. Deinde assurgens paulatim, revo lu- tis ingentis spei titelis, & beatis Ita- liæ regnis monstratis, allexit, ut ra- ta habet omnia , quæ spoponde- rat Guisius. Ergo puerum ingenua disciplina asseruandum magistris & custodibus tradito; nouas equitum peditumque iussit copias in Helue- tijs, & Gallia conscribi ; vt simul Belgium premens valaret Italiam, inquieto & vasto animo infinita complexus. A Regelætus Strozza digressus, maiori in reditu celeri- tate vsus, Romanum velocior fama mandata detulit. Guisius, Regis vo- luntate comperta, ex imperio cun- qa facturus intravit Latium, Pon- tificis legiones expectans. Carafæ soem nouissimam mouentes strenui, tributa insumenta exigere , alie- no æregitauatij; raptus, delectus fa-

re; nihil linquere intentatum, quo
soluerent Paliani obsidionem, &
Guisium mitigarent. Albanus om-
nium, quæ apud hostem agebantur,
per occultos emissarios arbiter,
quāquam multum abhorrebat eius
inuicta pietas tali victoria, Regis
tamen imperijs, & Carafarum de-
mentia coactus, in Latinos campos
signa conuertit, datus scandalis
& periculis finem. Lauicanum in-
gressus, eo in oppido per otium cas-
tra muniuit, Pontifici terrorem an-
te, quā manus illaturus & arma.
Nuntiato Romæ hostis aduentu,
& minis, quas de industria Albanus
iactauerat, cognitis, metu ingenti
Romani trepidare, munire instan-
tiūs Vrbem, vigiles & stationes dis-
ponere; & iam de extremis cogi-
tantes fortunæ operiebantur albi-
trium. Guisium Pontifex confessim
inuolare cum exercitu iuksit Vr-
bem defensuram. Ille vetus dux
& callidus, suas hostisque vires me-
titus, credere se campo non audesset,

Valmon
tonē in-
greditur

per

*Guisius
non au-
det oc-
currere.*

per multa loca eum abundus, si-
gula ad millaria subsiltens, tandem
procul Urbe consedit, magno uai-
nus Hispani exercitus, & tui imbe-
cillitatem causatus, donec iusta au-
xilia, quæ in Helvetijs & Gallia co-
gebantur, adessent: plenum temeri-
tatis esse & dedecoris, cum hostis
robore & multitudine prestans vi-
cinos campos obtineat, viæ, id est
cladi, exercitum dare. Et quidem
compertum habeo, eam suisse desti-
nationem Albani, relicta Urbe, in
auxilium venientes inuadere. Sed
frustra Guisius expectabat ab Hen-
rico subsidia, Galliæ opibus & ar-
mis ut sis ad tuendam regni salu-
tem. Eadem enim tempestate & ia-
ciebantur semina belorum ciu-
litam, quæ alita discordijs latius su-
derunt incendia, Caluini & Lu-
theri in unum chaos mixtis errori-
bus, per Galliam miserabilem in-
modum graviantibus. Et Philippus,
Britannis in arma compulsis, ingen-
ti mole imminens premebat Quin-
tino;

tinopolin, vlturus iniurias, & fidem
male seruatam. His malis, quorum
ipse auctor erat, Henricus in consi-
lium adactus, à patre tristissimum
& luctuosum inuentum, Turca-
rum clasem Italiam ad oras acciuit;
ut vastatis infanda clade regionibus
ciuib[us] in duram seruitutem actis,
per nominis Christiani ruinam im-
manes cupiditates suas expleret.
Nec oblitus rerum humanarum
hoc facinus diuinus auctor inspexit.
Amoto enim consilio, quod Regi-
bus e cœlo mitti crediderim, hære-
ticæ prauitatis & discordiæ artifi-
ces ex Germania missos, & in Gal-
lia ortos recepit ignarus, quantum
sinu foueret incendium. Albanus
timens Apulis, & Magnæ-Græcæ
litoribus, agnoscens quam atra in-
surgeret à mari tempestas, occurru-
rus cum robore exercitus, ad tue-
das ab intendio regiones, Latij bel-
lo dare finem statuit, etiam per Ro-
manæ urbis excidium. Nihil enim
extra aquitatem, & pium religio-

nissensum videbatur, dum Christianum Orbem aduersus communem in cœli & terrarum hostem defendere; etiam Ordinis capite bello concusso. Proprijs quoque in Mahometanos ferebatur stimulis, magnamque eorum aciem optabat, ut perido cruento fuso, iustæ ac veræ gloriæ litarer..

Anno**1557.**

*Albanus
Walmon
stone fig-
ma con-
wellit.*

19 Quarto Igitur Calendas Septemb. (iam res erat ab His-

panis ad Quintinopolin feliciter gesta) conuulsis Vaticano signis, oppidum Columbā vndeclim milibus ab Urbe situm venit. Hic du- cibus copiarum vocatis, suppresso, quod agitaret, consilio, omnes sa- cramento adegit, nullam cladem aut incommodum illaturos vrbi, quam erat ea nocte inuassurus; milium etiam represluros manus, quorum fidem & capita eodem sa- cramento deuoverant iræ diuinæ: sic Regis interiesie gloriæ, & se esse pollicitum. Enim vero Cardinalis Toletanus Compostellanus Antif-

bia.

163

tes, cognito mouisse in Urbem Du-
 cem, timens, ne forsitan vitimis iniu-
 rijs irritatus eam acer inuaderet,
 missis ruris litteris admonuit. Ius-
 ta christiane mentis estimatione intue
 retur, non ita illusoria Albanorum Du-
 cum titulis victae Ecclesiae accessura ve-
 xilla; ac Saracenorum rapta insignia
 memorabili cum laude fulgerent. Repe-
 teret memoria Borbonij recens exem-
 plum, nec aliam sibi ab irato Nume
 speraret fortunam, nec militum reueren-
 tiam, quos victores rapit cæcos auari-
 tia in omnem flagitium. His Albanus Alb.ref-
 non tacita indignatione respondis-
 se fertur: Se magnarum rerum expe-
 riencia & victorijs edoctum, tot per
 annos & labores uni glorie & pietatis
 militare, em didicisse satis amplis docto-
 ribus & exemplis, qua in Victoria stan-
 dent veræ laudes & fama: nec eius in-
 digere præceptis, qui impeditus sacris
 iura potius, & aula otiosæ artes inue-
 nerit. Veram ne angeretur metu solici-
 tus, iurare se per Deum immortalem
 & Romanas sacrosanctas aras, nullo

Cardin.

Tol. ad

Ducē lse

scrag

violaturum Vt b̄em crūore; nec futu-
rum vñquam vt tantum ira posset moro-
talibus infusa pectoribus , ac valebat
apud mentem suam reuerentia cœlestis.
Hanc epistolam Cardinalis lœ-
tus, & exultans, eam mentem suis
diuinitus esse concessam, è vestigio
retulit ad Paulum ; non tamen ele-
uauit metum: noscens enim quæ
ex Albano meruerat, ignarus quan-
ta illi esset pietas, securitatem inue-
nire non valuit. Sed etiam suspicio-
ne hausta, quod verbis incertis erat
vſus credens velle occupare impa-
ratos, vigilias & stationes intentius
seruari iussit; Gallos vigilare arma-
tos, vt si moenia oppugnaturos hos-
tis accederet, a tergo adortus Gui-
sius duplii distentos acie funderet.
Albanus, iusso milite , candida ve-
lamenta armis super imponere, pri-
mis tenebris Columna copias edu-
xit. Prima in acie ipse cum Hispanis
legionibus & equite leuiter arma-
to constitut; medio in agmine Ger-
manas, & Italas; in subsidijs grauis

armaturæ equites posuit. Et quia Gallorum equitatus Tiburtinos campos insederat, Eretumq; Guisius cum legionibus tenebat armatis; validam manum equitum, & mille iaculatores Hispanos misit ad occupandas, quæ hostis adituras erat, angustias: ne Gallus circum moenia diuisos terrore inopinato concuteret. Iam media nocte elapsa, quinque stadia ab Urbe intratu. Etus expectabat exercitus, audius satiandi se præda; cum Alcanius Corna, & Mosquera centurio cum trecentis velitibus & ala equitum missi ad mettiendam murorum altitudinem, strenui renuntiant, æquales esse scalas, & cuncta muto silencio torpere. Dux ante ephippium equi inclinato corpore, caput dextra sustentans, similis stupenti ferebat æstuantem animum per diuer-
sas cogitationes, curarum sæuo mortu diuulsum. Stimulabat Cara-
farum odium, & in scelus obstinata temeritas; Regis sui decus, & gen-

Monte
rotundo

Statu-
te Urbe
Alban.

Multi-
plici re-
rum mo-
tu turba

118 *Ferdinandi Toletani Vitæ*
tium iura inter alias & hospitia violata; prouinciam, seque bello peti-
tum; accessitos in auxilium Gallos
& Turcas; Orbem concussum ar-
mis, & nihil non tentatum esse,
quo Hispanos Italique regnis expel-
lerent. iam contumeliae, iniuriae,
tristia omnia, si recederet, & plena
pudoris; facilis si inuaderet, tot ma-
lis occurrendi se ostendebat occa-
sio. Famæ quoque suæ, cui multum
tiniebat, momenta perpendens,
quid Orbis dicturus esset contentus
reputabat, si recipientem signa vi-
disset Albanum; armis scilicet Gal-
lorum territum non ausum aggredi,
quod patrauerat Borbonius oc-
cumbens. Sed hæc eadem calamiti-
tatis imago multiplici rerum spe-
cie mentem religiosam confude-
rat: almæ Vrbis ante oculos obuer-
sabatur excidium; captiuum atti-
nendum summum Patrem, aut ex-
cipiendum forsan esse inter noctis
& victoriæ errores parricidali fla-
gitio; sacra horrendaque Dinorum
pe-

pēnētralia militum vesanæ exponit
licentia; Cardinalium & sacerdo-
tum sanguine Vrbe ac templis inun-
datis, inexpiabili scelere exercitum
esse polluēdum; & quod vñus pec-
casset, diuinę irā obnoxia omnium
capita daret, vel ducis tantum, qui
faces atque arma sceleri primus au-
ctor intulerat. Iam ergo nihil stimu-
labat fortē virum, ut audius de
victoria cogitaret, nisi quod eius
difficultas in dubium verteret, an
posset animo destinata perficere.
Nam prope ignauiam videbatur
consilium tanto motu cæptum,
tunc præcertim cum Gaius im-
minebat in agro Tiburtino copijs
functis, imperfectum & intentatum
reliquisse. Vnde emulorum rabies,
quos plurimos insigis quæq; vir-
tus in se concitat, obijceret pericu-
li impendentis metum, non religio-
nis sanctam reverentiam summo
Ducem amouisse flagitio. Vicit ta-
men virum ad pietatem nārum, &
famæ abundè fecurum tot sceler-

320 *Ferdinandi Toletani Vita*

rum, tot luctuum tristis meditatio.

*Stimu-
lat Alb.
Anton.*

20 His adhuc inhærentem & iactatum fluctibus Marcus Antonius admonuit, ne segnis expectaret imminentem lucem, sed noctis occasione arrepta, Vrbem malorum, quæ patiebantur, caput inuaderet, quam apertam dabat indulgentia fortunæ: marcidam esse Romanorum quietem, in somnum lapidas excubias, Gallorum animos fractos; nostrum paratum exercitum, & milites in pugnam ardere, iustas esse scâlas, iustiorem causam vltionis ac denique modo restare, ut Vrbem paratam, & victoriam vellet sive recipere. Tunc Albanus ad Mardonem propèstantem conuersus: *Quam sollicitè, inquit, hostis humani generis preparat, que Deo placere non possunt.* His ex verbis facile inducens Antonius, procul Duce stare à talis facinore; nec implendas manus suas avidas inimicorum cruoris, auersa facie, inter metos in dig-

dignationis erumpentis affectus,
proiecit violentus arma; & inclina-
to ad Vespasianum ore: Deus, in-
quit, amice, me deuotum perdat, si ul-
trahuius hominis probauerim virtu-
tem & fidem, qui pericula suorum, la-
bores, & funera paxi manuit, quam
uno, nec arduo prælio discordia finita,
aut semel aduersa tolerare, aut cùd op-
erata gaudia presumere. Sed o quantum
exoptarem, Albanum ad cùd religiosum
propria ex calamitate concepisse dolo-
rem, qui me impium & temerarium in-
cusat, ut addisceret una formidine ex-
cussa, iustæ obsequi vltioni. Albanus
potius lono excepto, quam sermo-
ne, suspicatus tamen maligne An-
tonium fuisse loquutum, rogauit
Vespasianum; cuius sermonis copiā
illo reddente, & non pauca, ut ac-
cenderet contumelia Ducem, libe-
rius iactante, quam Antonius dixe-
rat: Non idcè Vespasiane, respondit, me Respon-
impelles, ut victoriam tam pudendam det Alb.
volens incurram. Nec Antonio succen-
seo, cuius linguae temeritas ex animi
dolo,

dolore, non malignitate prouocat. Verum & quum fuissent duces (plurimi circumfusi acerant) quibus exercitus & regni tutelam, gloriam Regis, & meam cum ciuium salute commisi, exemplo vestro militem ad obsequium cogere, non in seditionem accendere. Graue profectio est & ignominia proximum, quoties in re ardua à vobis diversus sentiam, exigeva rationem imperij. Quod ego, recto à militia tenore deflectens amore vestro ac fide præclara victus seddidi: sed iure moderationem animorum & virtutis postulo; que vos ardenter rapit, & frangit militie robur. Quod malum. an ex odio & contumacia, an ex amore & virtute proueniat, ad rem pertinet nihil; cum & què lustuosos fines habeat disciplina & transgressio: nisi quid virtus nimia & charitas nullum scelus, nihil sibi inconcessum agnoscat: ita que apud concordes ex moderatos vincula imperij sunt valida, apud nimis effatos seditionum & tumultuum sunt acerrimæ faces: quas misericordus Imperator extinguit, saluus

et publice status esse non valet. Animi
et prompta arma sint vobis, mihi ar-
bitrium liberum censendi relinquere.
Alia centuriones, alta tribuni, multa
Prefecti scire miles debet in procinctu
stare Plura ad occasionum velocitatem
mutantur; multa palam dicuntur; me-
lius alia in silentio habentur. Sic vi-
gor disciplinae, sic imperij durat au-
toritas: et illi in aere fortissimi stabunt,
qui hanc in castris et praesidijs constan-
tiam retinuerint. Quae cum ita sint, du-
ces, amavi nunc etiam consilij nostrae
copiam dare, a quo tam longè pudor
abest, ut eo uno gloriam nostram et
exercituum seruatum esse non dubitem.
Age, irrum pat miles audax et acer; fœ-
liciter moenia transcendat; fundat im-
petu armatos: fundantur et ipsi necesse
est decurrentes ad prædam. Quis enim
in victoria coercent avaritiam, qui
cuncta profana et sacra pari audacia
miscentur? Credit enim miles hoc pre-
mium iure bellii statutum esse fuso san-
guini; hunc illis modo fructum relin-
qui, ducibus gloria et diuturnis ceden-
tibus

124 Ferdinandi Toletani Vitæ

ribus præmij. Ergo cum exercitu Gui-
suis haud segnis occasionum superue-
niens turbatis & fusis, gratissimum
parabit victis munus, & Carapis ex-
arce visentibus. Tunc strenuos & igna-
uos eadem calamitas auferet; tunc do-
lor, rabies, indignatio sero nimis ardes-
cent. Extra rationem est, & longè ab
imperatoria sapientia, inimicam intra-
re & opulentam urbem, etiam hostibus
vacuam, dum exercitus hostilis im-
mineat, qui premat spolijs oneratos &
lascivia urbana corruptos. Sed Galli
strati sunt, nullus hostis obsistat. An ego
ductor ero exercitus profani sacrae Vr-
bis incendio? An templorum ruinas,
cœlestium aditorum iniurias violatas
cæremonias, aras sacra vassa conuulsa,
misericordum gemitus lachrymasque, &
virginum pudorem viuus inspiciam?
Auertat à me Deus Opti. tam sacrile-
gam mentem, ut hunc exercitum tan-
cam per insaniam & cruorem innocen-
tium pollutum ducam. Date igitur
hanc duci & commilitoni vestro glo-
riam, de salute potius & incolumentate

Ros.

Romane urbis, cum posset de ruina,
triumphasse: quæ urbs dum maior sit
nomine, & domiti à se Orbis fama, ani-
misque vestris flagrantius incitamen-
tum, ut vincatis; eo clariss singularis
pietas, religio, & moderatio vestra in-
ter reliquas virtutes laudesque fulge-
bunt. At sirupto imperio, perseueratis
ire; sine duce ouantes moenia transcen-
dite: ego iam hinc citus abscedam: nec
ultra patiar vestram contueri faciem;
nec meos milites dici; præstat enim tam
fortibus & bonis amicis carere, quam
tantis sceleris esse consortem. His & plu-
ribus de industria cunctabundus im-
petum suorum morabatur Albanus.
Et cunctis, præter Antonium, dig-
nam duce Hispano mentem induit-
se fatentibus, vulgi tamen extimel-
cens itas, ne leuerius coercitum ex
impetu violentius erumperet, tuba
dare signum non ausus, necessita-
tem fakturus & metum, Ascanium
rarsus exploratum misit, adhibitis
socijs, quos in deposita urbe fe-
rociores aduertebat.

*Deindus
tria can-
tatur
Alb.*

*Miles
feditio-
nem mo-
der.*

21 Interea miles fremere
cunctatione Dacis & maligno con-
silio virtutis sua & laborum pre-
mia manibus eripi: non se tribuno-
tam & centurionum iurata fide li-
gari; etiam si sacramentum fauisset,
quod Regis sui gloriam de patriam
proderet, non verius sacrilegium: si
ne Imperatore & ducibus capturos
Vrbem, satiaturos manus oculos
que opibus & Romano cruento, sui
Regis Maiestatis vindices, quæ
ad eo viliis ducibus esset. Nec verbo
rum temeritatem minor sequeba-
tur audacia; ni Albanus primos or-
dines in fronte adequitans, Hispanos
sua maiestate terruisset. Iam
enim Germani in seditionem lapiti,
prout iræ imperii trahebat feroces
& audaces, aut bonos & constantes
obsequij reuerentia moraretur, cœ*perant* ordines lacertare, & raperb
vexilla. Nos pudore in ademerans
metum & reuerentiam cupiditas:
secumque marmur Germanorum
mouerat quoque proximas Italas

tum cohortes: minaces voces, con-
tu max ira, cuncta in scelus parata
eruptura esse videbantur. Cum re-
pentè turbati equites, (eos subop-
narat Albanus) habenis effusis in-
uecti, ingentem perturbationem re-
ferentes vultu, exercitus discordan-
tis aures inhelanti implevere cla-
mores nuntiantes; in acie Guisium
iuxta Vrbem stare, Albani expecta-
tem irruptionem grauiori consilio.

Ascanius quoque & milites reuersi
nuntiant, iam proditum esse exer-
citum nouisse ex collucentibus fa-
cibus, quæ per moenia hinc inde ce-
leriter discurrentes micabant. Et
quide sidie proxima ex captiuo fuit
cognitum, Carafas rerum anxios,
cum Romanam plebem in Colum-
nenses pronam tensissim, eius fide
damnata, densis militum stationi-
bus tradidisse Urbis tutelam; ipsos-
que funalibus accensis excubias &
moenia lustrare. Relatis his, quod
omnes eadem testarentur confor-
mes, fide habita, timor pectora de-

Sed in-
dustria
Ducis,
G reue-
rentia
compri-
mitur.

ot

*Recedit
imminē-
te die.*

obsequij amor intravit. Albanus appetente iam luce verso agmine, quintum ad milliare castra munij; non leuiter offendit milite, nec du- cibus eius famæ parcentibus. Ve- rūm celsi animi laudes si extra amo rem & odium seuerus iudex æsti- mes; inuenies religiosum virum, constantem Imperatorem, strenu- um, & sapientem Albanum, qui uno consilio præuidit; ne alma Vrbs, & exercitus eadem sub clade & scelere conciderent; illa Hispanorum manibus & sociorum affli- eta, vel incensa flammis; hic libidi- ne prædandi inductus, contemptra disciplina, & sacrosancti horroris Contem- penetratibus, ira coelesti obnoxius: platio & Guisius superueniens esset vin- eius pie- dex scelerum, dissipatos & onustos tatis & inuadens: vel saltem nimis volup- pruden- tibas saginatus nailes, & licentiae tiae. deditus (quæ olim mala Cæsaria- norum inuictum fregere robur) de- bilior ac deterior tedderetur. Deni- que spreuit Albanus famam, cuius amo-

amore ad gloriam nati viri maxi-
mè impotentius aguntur; maleos
seruator esse Romanæ urbis, quam
victor dici; & religionis concien-
tiam præposuit fortitudinis laudi.
Evidem ex hac victoria maiorem
Ducem inuenio, quam ex cruenta
Germaniæ. Eas namque fortibus
& temeratijs, etiam ignavis & tur-
pibus victorias Mars communis
pro arbitrio distribuit: non saltem
arduum est egregio viro vitam ani-
mumque sublimis gloriæ imperio
submittere. Attimuisle victoram,
infamiam laudi claræ præponere,
& ea, quæ per labores & ardua quæ
suerit, ubi ad manum in plano ha-
beat, fugere pietate victimum & reli-
gionis amore, adeò est inauditum
& incognitum, ut ante Albanum
nullus hac summa laude floruerit.
Nec Ducas moderatio effectu ca-
ruit, nec aliam utilitatem, nisi scle-
ra & inuidiam flagrantem, ex incé-
dio Urbis & ruina traxisset. Ete-
niam Henricus post illam ad Quintil-

nopolin nobilissimam cladem, cœ-
sos duces, Proceres Galliarum stra-
tos & robust iuuentutis, nobilita-
temque captiuā inspiciens, ad pro-
pria tuenda conuersus, Guisios fra-
tres, & cæteros egregios duces, qui
in Latio militabant Paulo, citis
nuntijs accersiit. Sed Guiſius dūm
naues comparat, famam victoriæ
suppresserat, morte his, qui attule-
rant, denunciata, si per eos emanas-
set in vulgus. At posquam Belgij
& Galliæ terminis contineri non
potens cladis magnitudo in Orbem
diffusa Rōmam etiam impleuit, Ca-
rafæ, cum spe obstinatione deposi-
ta, Albano significant; Pontificem
bello & discordia damnatis, iam
mentem placabilem Hispanis ad
æquitatem pacis lætæ verisse; se-
qué ipsis paulò ante discordiæ au-
tores, nunc pacis arbitros, & ami-
cos Hispanis futuros; quos iustos
magis & pios hostes, quam socios
Gallos inuenierant: itaque ex illis
maiora, & tantæ imperij magnitu-
dines

dinis digna præmia sperare, si eos
charitate Paulus & muneribus veri
affectionis coleret. Epistola perlecta,
quæ Cardinalis nomine subscripta
notabilis erat insigni comitare, ag-
noscens ea, quæ deferebantur, vero
~~ex~~ affectu & metu prouenire, sta-
ravit pari comitate, & maiori bene-
volentia contendere. Conuersus-
que adduces, incredibili perfusus
gaudio: *Immortales*, inquit, *amici*
gratias habeo Deo Op. Max. quod
vtrique Majestati abunde honore ser-
uato, diuinæ & Hispanæ gloriæ satis
fecimus una victoria pietatis. Data
igitur acceptaque fide, Carafa, Vi-
tellotius, & S. Floræ Purpurati Ca-
nicum Albano statuta die conue-
niunt. Is functus gratulatione urba-
na, & S. Floræ Purpuratum ardo
amplexu tenens, eius fidei & cons-
tantiae se testem apud Regem, &
auctorem præmiorum fore promi-
xit: Carafæ verò dextram fidelis
nus dedit, se immemorem iniuria-
rum id tantum quæsitorum, quod

Mirela
rus Albi
de pace
cum le-
gatis
agis.

Pontificis & Regis Maiestatem de-
cere credidisset. Et primum mag-
nis argumentis innixus esse de His-
pani Regis gloria, tali in causa eius
innocentiam palam Orbi ostendi,
Et quas Paulum fateri postulabat, bellum in
victi Hispanos & eorum socios à Cara-
amarent fis fuisse iniq[ue] suceptum. Sed
leges cō- cum intueretur maiores inde flu-
eredit, aus, & iratum motus insurgere, al-
tiusque aestimata dignitate Ponti-
ficiis; eas concessit leges, quæ face-
rent Caras v[icto]res; ni eos ante
Albanus pietate viciisset. Nimiru[m]
Rex Catholicus debitum obse-
quium & venerationem Pontifici
per legatos deferat. Pontifex vero
paterno fungens munere, æquato
examine teneat affectus inter Re-
gis utriusque discordiam. Albanus
demolitus quas munitiones in Sa-
binis & Latio erexerat, castella, &
v[er]bes, quæ armis occupauerat, Ec-
clesias restituat. Daci per Romanos
finis hostem sine preiudicio sequi
licet. Utriusque partis rebellibus

Venia concessa , eis cum fide redantur opes. Excepti sunt M. Antonius Columna, Ascanius Corna, & Balnei Comes; quos opum magnitudo infelices maxi nè fecit : nam quò maiora amiserant, cò magis aedium erat in gradum pristinæ fortitudinæ restitai. Horum integra causa ad curiam Pontificiam attrineat. Pallianum autem tradatur Ioanni Bap. Carboni notæ probitatis viro, Paulis sorore genito, qui ex auunculi clauitidine inuidiam tantum hauserat & laudem moderationis insignem: is iure iurando in utriusque Principis verba se adigeret, neutri vibem dediturum ante, quam inter utrumque conuenerit. Quisio autem non alimenta Paulum, non securum iter per ditionem Ecclesiæ daturum. Hec in publicum lata, gaudij imitamentis, & solennibus ad aras inditiss precibus, magna cum gratulatione mortalium permultos dies celebrata sunt Romæ. At Carafa Purpuratus monitus Albani fido

consilio, ut mallet habere, quæcumque ille donasset, qui à Pontifice data posset auferre, tradidit libellum fidei pignus, publico instrumento & Pauli auctoritate firmatum, quo pollicebantur obstricti sacramento Carafæ, aliam se pro Palliano urbem in Neapolitano regno sextum intra mensem assignandam acceptoros esse cum fide: protinusque Antonium, Ascanium, & Balsiemsem Comitem suis opibus restituendos in solidum.

Socij, auditis pacis legibus frequentiuntur.

22 Non eadem lœtitia Hispanarum partium duces & socios affecerunt leges pacis auditæ. Violenti, indignabundi frementes nimiam Albani facilitatem inculabant; etiam conscientiam arguebant. Quæ enim prudentia, & sana ratio probaret, ea victis concedi, quanta nec in victoria potuissent extorquere Carafæ? Quid tristius importaturum esse bellum, quid Hispanis regnis minus securum, quam perfidiam, audaciam, atque odia

odio inimicorum præmijs virtutum & amoris cumulari; redimiq;
largitione insana flagitia, quæ vltimis exemplis insequenda erant?
Hoc certè venturi Pontifices nostra arma lacerendi haberent incitamentum, cum viatos etiam tanta felicitas maneat & dignitas. Antonius autem, Ascanius, & Balnensis, in quos præcipua redundabat calamitas, dolore & desperatione correpti, multa indigna & lævaimprecantes Albano, fere in Belgium contulerunt ad Regem, mortalium fidem, Deumque obtestantes ultorem, proditos se, & destitutos à Principe, cuius ob utilitates, gloriā, & obsequium tradidissent vitam, famam, opes incertæ fortunæ; quæ bonos fidosque socios etiam post victoriam, cuius non exigua pars fuissent, tam aduersa premebat ut extorres, inopes, errabundi, & propè incerti, vitae, an mortis optabilior esset usus, an finis, per Orbem cogantur circumferre dolorem;

*Et. M.
Ant. cū
Ascanio
& Bal-
niensi fi-
dem Re-
gis im-
plorant,*

non

¶36 Ferdinandi Toletani Vitæ

non aliam ob causam, nisi quia fidi, nullam ob necessitatem, nisi quod Albano placuerit. Hæc apud Regem iactantes, vehementius apud Rhodericam inuidiæ pronas aures dantem seniori questæ incende-
Ue pro- bant. Philippus cuius arcanum sen-
miteit sum & imperium lequutus erat Al-
auxiliis banus, regiæ fidei pignore data dex-
tra cutaturam se enixe respondit, ne illos obsequij, & amicitiæ ad vi-
timum conseruatæ poeniteret. At
ea clementia Dacis (de pietate & re-
ligione dubitari non licet) tam utri-
lis victori, quam grata viæ extitit.
Enim verò, si omnia faceri non pu-
det, ex liberalitate & favore dedit
bello finem, quod aliter exitum in-
venire non debuit, nec certè po-
tuit. Quippe insitens irritate Cara-
cas inextinguibile aluisset incen-
dium. Paulus enim, primas leges pa-
cis, quibus postulabat Albanus Pô-
tificem se auctorem iniusti belli fa-
ceti, cum ad eum Cardinalis Tole-
tanus detulisset ; exardescens ira,

visceribusque & vultu commotis,
minatus est, omnes se Ecclesiæ ur-
bes Henrico traditurum; quibus im-
perio fiduciario obtentis, Italiam
magnō & diuturno bello concute-
ret. Melius ergo Christiani Orbis
commodis consuluit Albanus, non
modo parta religionis & pietatis
gloria, verum singularis industriæ;
qui tot malis insurgentibus occur-
tit una constantia.

23 Guisius fatali horrore Galli fū-
attonitus, comparata classe, cum gientes
duobus fratribus, & nobilissimis misere
ducum, delectoque milite in Gal. conficta
liam tunc bello & cladibus flagran- tisunt,
tem soluit. Helvetiorum cohortes
castella & urbes Sænensis agri, quæ
erant in potestate Gallorum, obti-
nere sunt fuisse. Reliquum agmen
mærens & tabescens, signis infeli-
cibus versis, in patriam remeabar
per Ecclesiæ ditionem. Galli qui-
dem itineris labore, & rerum om-
nium inopia afflitti ab Octavio de-
seri potuerunt, si ab Insubria Ioan-
nes

nes Figueroa Prætor auxilia misseret. Id quod facile eventurum credens Albanus, facilius Pauli precibus & honoris concessit, ut tutum per te esset fugientibus iter. Inhumani quippe videbatur Paulo & inuidiæ plenum, illos, qui amici & socij venerant, nondum quietam fugam habere. Nec alio sœuori hōste indigebant, quam cœlo, ut tempestatibus obruti, sine castris, sine commeatu & impedimentis egeni, & inuisi populis, quoscumque attigissent, exitu miterando animas indignantes emitterent. Hic enim annus fuit adeo procellosus & tristis, in Latio, & Hetruria præser-tim, ut famæ proditum sit, Tibetum immenso aquarum auctu humilia Vrbis loca inundasse, quinquaginta in altum pedes aquarum mole supergressa terræ fastigium. Hanc ob causam Albanus distulerat legatum Romam mittere, Pontifici obsequium, ut conuenerat inter leges pacis, redditurum. Postquam

deseruit pertinax autumni tempes-
tas, delegauit Federicum filium
Cauriæ Marchionem; qui Regis
deuinctum animum Pontificis san-
& titati commendaret, & patris re-
uerentiam. Catafa Purpuratus mo-
nitus Albani consilium, audius iam
eum obsequijs obligandi & hospi-
tio fouendi, simul metuens, ne Pau-
lo grauior ira resurgeret, si Ducem
ipsum non venisse pro contemptu
Majestatis aduerteret; e quum stren-
nuè concendens, non procul ab Ur-
be occurrit Federico: & cum rogas-
set eum, ne tunc temporis Romam
importunus intraret, ad Albanum
prouolans, iam officiosè petens ob-
tinuit, ut ipse fungi vellet legati-
munere: ita cordi esse Pontifici
exoptanti videre Ducem, cuius pau-
lo ante arma timuerat; iamque pie-
tate victus nomen & gratissimum
conspectum amabat. His motus
Albanus, celeriter assequutus filiū,
primis tenebris ingressus festis lu-
minibus Urbe coronatam, & tor-
men-

*Alb. Ur-
bem in-*

greditur

*Pontifi-
cis fauor
in Duce*

mentis ab arce salutantibus pompa
victori, à cuncto Populo Romano
in occursum effuso latus excipitur.
Magna frequentia nobilium aditi-
patus, sacrum ad palatium recta cō-
rendit. Postquam iusta veneratione
adoratus est pontifex, in amplexus
alleuato Duce, summis eum hono-
ribus, & modo regi fastigij viris
concessis at tollens, virtutem eius
& singularem industriam in arduis
rebus conficiendis, præfertim reli-
gionem, & Apollolicam in Sede
reuerentiam laudibus extulit. Dig-
natus etiam itas exculare, ignotum
sibi fuisse, dixit, quem virum armis
appeteret; iam autem tam magna
se daturum, ut palam faceret, non
ex malevolentia, & odio, sed igno-
rantia, & falsis criminacionibus,
quæ amates sœpe diaidant, in eum;
quem iam toto affectu amaret, du-
ra bella mouisse. Albanus, gratijs
immortalibus redditis tanto fauori,
imparemque animum suum,
quamvis deuinctum eius Sanctita-
tis

tis reuerentia confesus, ab omni nobilitate Romana ad preparata hospitia deducitur, in laudes effuso populo, & sequente clamore triūphali. Auxit eius aduentus dignationem, & communia gaudia libertas eadem nocte concessa Archiepiscopo Columnæ, Ioanni Fasio, Hypolito Capilupo, Pyrrho Omphredo, Garcilasso Vegæ, & cæteris ob fidem erga Hispaniæ Regem captiuis. Hos ad te venientes Albanus humanissime amplexatus, digna eorum meritis præmia, suam quo operam apud gratum Regem, & memorē beneficiorum, & ciuium reuerentia ostendit.

24 Sequenti die ad Pontificias inultatus epulas, militum *uinum* Romanorū custodia cinctus, equo *Pontificis inuitatur,*
sublimis & conspicuus in palatium
venit, vix angusta semita interflu-
Quatenus populum relicta, quā ip-
se & Optimates incederent: & ni
prætoriana cohors amcuisse tene-
tatem turbam, ad atria penetrare
non

non possent. Cuncta enim ciuitas
mirata virum, oculos in eum & sus-
pensa ora conuerterat. Laudabant
pietatem simul, & mirabantur vir-
tutem. Carafæ inter se obsequio
certabant; an acerbius in Ducem
arma & cōtumeliosius probra dūm
hostes intulissent; an hospitem ami-
ci magnificentius & honoratus ha-
berent. Populus fruendi viro cupi-
dus, cuius paulò antè audire nomen
horruerat, impleuit publicas vias;
illis veteribus Romanorum gaudijs
renouatis, haud dissimili fauore,
quam cum Æmilium Paulum, &
Superiorem Scipionem, illum Ma-
cedoniarum, hanc viatorem Africæ,
captiuosque Reges Perseum, & Sy-
phacem visurus occurrit. Hunc pa-
trem, conseruatorem Urbis, inui-
tum armorum & pietatis laude,
iuxta amabilem & venerandum es-
se clamitabat. Nulla erat pars vacua
lætitiae; non foeminae, & pueri, non
virgines intra limina contineban-
tur, quin sequerentur Ducem ani-
mis,

mis, & inquirerent; humanus ne ille esset, cuius tanta vis erat, ut eius ad nutum fieret mutatio fortunæ; cuius aspectus & præsentia securos omnes redderet, cum absens & inuisus omnium mentes oculosque terruisset. Albanus interim, seruato more, fruebatur coniuio Pontificis, gaudio solutus & facilis, multa comitate & reuerentia satisfaciens Paulo varia & iucunda roganti. Amotis mensis, cum alacritate, hos pitij affectus liberiores erumperet, ob insignia erga Sedem Apostolicaam merita Paulus indulxit, ut omnia Ecclesiæ bona ad curiam Romanaam pertinentia, quæ essent in Al-
banorum ditione, Dux ipse pro ar-
bitrio impertiret, gratia in domus
succesores perpetua hæreditate
translata. Ita Aloani Duces in præ-
sens usque tempus in beneficiorum
Ecclesiæ dispositione per ditionem
suam Pontificis Romani vices exer-
cent. Dein superuacuos & letos
miseris sermones, cum intellexis-
set

Mune-

ra dat

Ponti-

fex Dux

ci,

set è Duce, prorinus in Belgiam dis-
cessarum, haud dubitans, quam gra-
tum tam virum & Imperatorem
Regi optimo & bellanti fore oport-
eret, & quanta illo in molendis
rebus industria praestaret; pristino
iam fastu & supercilioso deposito suo
rum vota, felicitatem, salutem &
*Et suorum
vota co-
mendat.* gratiam apud Regem, eius benevo-
lentiae & protectionis curam esse
precatur; eosque ab iniurijs & acer-
bitate inimicorum defendere: in-
tereretur Carafas non ut externos
& hostes, sed ciues iam, & à te geni-
tos beneficijs amaret. Albanus non
cedens honoribus, pollicetur se nun-
quam beneficiorum, quæ ingentia
eo die accepisset, immemorem,
vtrumque facturum: cire se hostes
ex amicis sortiri, si boni publici in-
terfit: contrà si reipublice non in-
tercedat utilitas, sodales & amicos
facere, quos ante inimica castra di-
miserint. Nunc vero tot muneribus
auctum, tot beoefficiorum obstri-
ctum legibus, nihil intestatum se
omil;

missurum, quo gratum animum obsequio & amore ostenderet. Tres ergo dies invenerat Romæ, dum Sanctorum monumenta & coelestia deposita veneratur, Neapolia strenue contendit de Turcarum classe sollicitus; quæ infesta litora Calabriæ vastabat. Hac de causa maritimis firmatis præsidijs, magnam peditum equitumque manum adiecit; quæ intenta excurrēs oram Barbaros arceret à litore. Tria Hispanorum millia, & vnam legionem Germanam: quæ secum statuerat vehere, sub signis iussit retineri: donec ornata classic, coniugi & Federico provincia commissa, Genuam nauigaret, Belgium aditus; ut Italiam bello patrato, etiam Belgico cōsilijs adesset. Genuam ubi est ap. *Nauis.* pulsus, ergo corpori negata quiete, *gat in* Mediolanum intendeus iter, Insu. *Belgiæ* briæ res accisas Prætorum auaritia & discordia composuit. Iam Tridentinus Cardinalis sœuis criminatioribus petitus, tanquam ærarij &

civium deprædator, ex sententia
Ducis misionem orans, titulum
honestum imminentis infamiae præ-
tenderat. Piscarius etiam, cum præ-
feturam equitum modo exercere
esset iussum, ne parere Gubernatori
cogeretur, se audius munere exsol-
uit. Ioannes etiam Figueroa Oro-

*In via
res Insu-
briæ cõ-
ponit.*

pes Comitis frater utrique substi-
tutus, vitio omnium, qui primum
ingrediuntur imperia, strenue ma-
gis invaserat bellum, quam esset ex
vilitate prouinciæ. Quæstorumq;
detectus fraudibus, importunam se
ueritatem ad exigenda tributa con-
uertens, ciuium offenditionem sibi,
non militi stipendia parauit. Alba-
nus ad se optimo quoque vocato,
& ex his cognito statu prouinciæ,
aduersum fraudes acuens arma, pri-
mum avaritiæ vulnus, quod aitius
penetrabat, curare aggreditur. Non
paucos quæstorum immensis, quas
congesserant, opibus exutos infa-
uria & exilio puniuit. Centuriones
& tribunos, avaritiæ, aut nimiaæ pro-
digii

digentia conuictos, honoribus
 ademptis, redigit in numerū. Non
 nullos Senatores, quorum malevo-
 lentia & contumacia Cardinalem
 & Piscarium asperatos, & inter se di-
 uisos esse constabat, senatorio ordi-
 ne amouit. Decumanis quoque grā
 di pecania multatis, alleuauit tri-
 buta, quibus nisi fuisset modus im-
 positus, urbem negotiatores & ar-
 tifices, quibus abundat Mediola-
 num, reliquissent. Multis flagitiis
 & potentibus legis poena remissa,
 magnanvim auri & argenti expres-
 sit: sic malis punitis, extra ciuium
 calamitatem imminentem Germano-
 rum seditioni occurrit. Ciuli statu
 composito, vertens ad bellum confi-
 lia, decem veteranorum cohortes
 viribus Insubriæ adiunxit: & me-
 mor, quantum ea in regione Lupus
 Acunna meruisset, & quantum in-
 teresset rerum Sturæ. Pontem du-
 ce ab strenuo teneri, hunc virū præ-
 fidere iussit munitioni cum qua-
 tuor peditum, & duobus equitum præfici-
 tis

signis. Quæ vniuersaliummo cum
imperio; & sine offensione exerce-
bat: an quod artem fœlicissimam
rara sapientia inuenerit; qua inter
inæquales & dominantes posset cō-
cordia parari: an quia tanta mode-
ratione se gesit, ut non iubere, sed
monere ea, quæ posset imperare,
videretur. Vel potius tanta erat gra-
uitas viri, tanta apud Hispanos au-
toritas, & maiestas oris, vt cuncta
dicta eius non aliter ac suprema ora
cula ciues æstimarent. Certè hæc
brevis instruclio, & ciuibus grata
seueritas adeo aliam fecit Insubriā,
vt unus Acunnia, in se conuersis ar-
mis Gallorum, securitatem reliquæ
prouinciæ dederit, continuis eru-
tionibus inimicos campos evastas.
Igitur amorem ciuibus, stipendia,
& reuerētiā militi, bonis certam
spem, improbis acrem metum Al-
banus paucorum graui poena resti-
tuit. Tantum scilicet reipublicæ
prodest, summos, & extra inuidiam
varos statum prouinciarum oculis
& æstib;

& estimationis subjcere: hi enim
constanter ea, quæ publico ex bono
cognouerint, statuant, contempnis
malorum & potentium odijs; quæ
non semel gubernatorum actes ani-
mos fregere, magna cum publicista-
tus iactura. Supra simulationem
namque oportet esse, qui nouos
fundaturi sunt mores, ne offensi-
nibus, itis, minis, & ruina turben-
tur.

25 Insubriæ rebus egre-
giè fundatis, valida Hispanorum
manu cinctus, per Rhenum & ami-
cas vrbes facto itinere, Brussellas ei-
tus ingreditur. Exceptus est à Rege
non facta & simulata charitate: sal-
tem id intelligi Philippus intendit.
Eius enim viri singularem virtu-
tem celsumque consilium tacite ad-
mirans, habuit inter prudentiæ suæ
arcana, ut amore, & communi in
benemeritos animi inclinatione,
non necessitate, & commodis, sibi
Ducem gratum esse crederetur.
Nec alium certè Principem deside-

Multo
cum fa-
uore à
Rege ex
iit

rares, augendis & ornandis illustri-
bus viris, magnisque fouendis vir-
tutibus; ni se claræ mentis luci ne-
bula infesta suspicionum obtendis-
set. Albanus in aula Regis Fræ-
feturam agens, cuncta eius acta fir-
mabat recto consilio; gravior & po-
tentior eo, quod saepius rogando
quid esset factu optimum, non mo-
nendo doceret; nisi cum pertinax
adulatio, aut error in diuertia trahe-
rent: tunc enim promptam exercēs
libertatem, Regem etiam constan-
tius arguebat. Pontifex verò se par-
tibus equum ostendens, tot malis
ut occurreret affectu paterno, vel
honesto titulo condens, quam reti-
nere nequibat, suorum ambitionē,
ad Henricum Tribultum Purpura-
tum delegauit, qui excusaret pa-
cem cum Hispano Rege composi-
tam, & Christiani Orbis commo-
da promoueret. Ad Philippum Ca-
rafam Purpuratum amoris prætex-
tu misit; re vera ut efficaciores pre-
ces essent. Rex ad usque portas

urbis egressus, legatum omni honore & magnificentia habuit exceptum. Hoc ille ex fauore strenue audax, ut erat nouandis molliendisque rebus intrepidus, Pontificis vota significans, leges pacis & munera flagrantius repetiuit. Annuit haud ingratè Rex, & se omnia conciliorum humanè respondit. Sed ubi ad altiora progressus, Pontificiam potestate in Hispania & America postulauit augeri; grauius offensus Rex, se cuncta exequaturum dixit, quæ filium obsequentissimum Ecclesiæ facerent: verum de augenda potestate inuidiosam contentionem, si pacem vellet & concordiam, omittiteret: aut saltem per Galliam apud deuotissimum Regem eam tantum extenderet, quantum in Hispania valebat; tunc se longè promoturum Pontificias leges, ut cunctos Romani Orbis Principes anteiret obsequio. Legatus citò sentiens, friuolam esse artem apud constantem, summa pos-
 tula-

culare, ut media concedat, omissa
hac contentione, Barij Ducatum
Sfortiæ Bonæ Poloniæ Regis viduæ
morte in fiscum devolutum auda-
cius petiuit. Rex offensionem
condens, causatus Poloniæ Regem
matri possessiones expetere, se-
tamen consultum esse promisit,
an eam urbem dono dare è repu-
blica esset & pace, quam Poloni
Austriacis amici bona fide cele-
brant. Sic legato in preparata
hospitia dimisso, Rex consilio ad-
hibitis, quorum maximè sapientia
utebatur, ostendit vota & posuila-
ta Carafæ. Post longam excusio-
nem rei, ex sententia Albani Rosla-
num offrendum esse constituant,
nobilem Calabriæ urbem, & Ar-
chiepiscopali Sede ornatam. Car-
dinali vero duodecim aureorum
millium censum ex Toletana Ec-
clesia, ex fisco octo millia dari, His-
pani etiam ciuis iure concessio.
Hec satis magna, cum hominis au-
diissimi minimè desideria imple-
gent,

Tent, non occultis indignationis notis Brusielis violentus excessit. Paulus autem, cui nunquam naturę suę bonitatem uti nepotū flagrās audacia permisit, quam maximas Catholico gratias habere, respondit; se vero sine Rege Hispano consulturum suorum commodis. Philippus tristibello ruitus implicari timens, solicitus cum Albano & Rhoderico Sylua dissetebat. Sed cum hic siibi negotij expeditionem officiosè depoiceret, Rex eius ambitionem penetrans: Falleris, inquit, Rhoderice; circumueniet te Carafarum inexperta calliditas. Melius Albanum, qui non semel eorum artes & arma eius offens frustrauit, muneri iam noto sufficiam. sus.

Prudentia enim medicos docet, utendum semper esse remedio, quod semel vim grāstantis morbi repressit. Nec aliud idoneum magis esse iudico, ut rapidis consilijs, flagranque cupidini obīciam, quam qui cunctando inimicorum armatos etiam impetus fregerit. Albanus non spectato honore ere-

Rex,
quid do-
nandum
Carafis
esser,
quid ve-
negandū
Alb. cō-
mittit,

Vnde
Rhoderi
sus.

ctus,

ctus, nec parum Rhoderico perculso, censuit optimum præsentium fore, octogenarij senis obitum expectare.

Eius ori 26 At quia is dies fuit
go, & ar primus magnæ occasionis, & con-
tes ex cordiæ inter Albanum & Rhode-
plicatur ricum ultimus in aula Catholici,
 non extra operis institutum habui,
 si de eo, cum quo assidue Albanus
 contendit, plura adhuc iniungam.
 Rhodericus ex Lusitania in Castel-
 lœ regna translatus, adhuc puerò
 Philippo coniunctus est. Educatio
 similis conciliauit amorem; hunc
 conitas auxit & obsequium, & fa-
 to quodam nascendi non dispar
 utriusque natura. Postquam viri-
 li teru[n]seniu se & Principem no-
 uit, artes fidentius intendit; quaibus
 deuinciebatur Regis animus; indo-
 lis similitudo tacito impulsu junge-
 bat in gratiam. Illa enim potentissima
 etiam priuatis exequat mira dulce-
 dine. Similes inter se prono affectu

sociantur ita, ut eum, in quo tui
imaginem videris, odissē non va-
leas. Etenim animamus picturam dul-
cis nobis corporis lineamenta fin-
gentem oculis gratissimo errore.
Quid ergo si effigiem animi nostri
non fidam, non vanis coloribus &
umbrarum subtilitate formatam,
sed eandem ferme, & virtutum af-
fectuumque veritate distinctam ar-
tifex natura locauerit? Cum ea
animę potentias vitamque partiti;
sentus intimos, vocesque censere;
gratiam, honores, opes ex æquo di-
uidere, ut colendo & ornando per-
similem reddamus amicitia; cuius
validissimum est vinculum, affe-
ctuum & voluntatum summa &
perfecta concordia. Quapropter
hac ultima in terris beatitudine Re-
ges priuari dicuntur; vel quia domi
naturam mentem disparem à ciui-
bus natura formauit; an verius
quod humano vitio omnibus dis-
similem ipsa se faciat; & reliquos
inferiori in gradu positos crudelis
sibi

sibi fastidiat. Hac lege Principum amicitiae initabiles sunt, non illis veterum fatis, quæ imponere necessitatem credebantur: nulla vis potentia ve cœlestis inuitos trahit humanæ mentis affectus; sed horum inconstantia vrget, & libertas immoderata rapit. Itaque Albanus constans & diuturna fuit gratia, nō blanda assentatione, & similitudine affectuum, sed innixa vi sua, & necessitate virtutis. Rhodericus autem dulcior erat voluptatibus Regis: Albanus extra gratiam aestimabatur. Ille quoties in pace de urbani rebus ageret, acceptior: hic potentior, quoties belli consilia tractaret. Ergo haud incepit usurpans à Macedonibus comparationem dixerim, Rhodericum Philippi, Albanum faisse Regis amicum: duoque aptissima instrumenta es-
se, alterum voluptatis,
alterum regni.

scilicet
alibaris eorum
id.

VITAE
FERDINAN^D
DI TOLETANI
ALBÆ DVCIS.
LIBER VI.

Impigrè Rhodericus ad- Annō
vertens, suæ potentiax ti- 1558.
mens, & anxius apud ar-
matum Regem non fore
locum gratiæ per dulces volupta-
tum artes quæsitæ, eum etiam per
republicæ damna in Hispanias ni-
tebatur abducere. Nec ultra men-
tis suæ distulit aperire consilium,
quam fuso exercitu Gallorum, &
Quintinopoli victa, Proceres Ca-
tholici & duces in Senatum belli
iunq;

iuncti coram Paillipo consultarent
magno dissidio; an Regem interes-
se bello; an ad Hispanias nauigare
oporteret. Pro hac tententia, quam
Regi non ingratam esse cognoue-
rat, Rhodericus vehementius mo-
uens, quam posset vera causa late-
re, multos blando aulæ otio allue-
tos, & quibus ingratus erat belii la-
bor, vel certior spes ex gratia Rho-
deriei, suam in mentem facile indu-

Nicitur xit: Triste nimirum esse & exitiale rei-
Rhoderi publicæ, Principis amato aspectu care-
cūs Regē re; que parente orbata, expoliata pree-
in Hispania sidio & claro lumine in cœcas & abrup-
tias du-
cere. tias cogitationes scinditur. Quod si ob-
egregiam Hispanorum fidem non tur-
bent arma ciuilis, auerti tamen ciues à
Principis charitate, quem absentem ut
peregrinum fastidian. Grauia quoque
Hispanos, preter desiderium, incom-
moda sequit: longa itinera; incertas ma-
ris casus; prædonum manus esse subeun-
dum, quoties miseri Principis auxiliū
innocare cogantur. Imprudentis & in-
sanī hominis esse, per capitis ruinam in-
fello;

feriora membra tueri. Reclius statuisse naturam, in eo velut celsa in arce meliori parte locata; quæ lux & sensus animæ assistens, ceteris membris cōsilium vires, & salubritatem affundat. Hispanias igitur sui imperij nobiliorem partem tatus ipse regeret; unde, velut ex capite, collectas vires & spiritus reliquis prouincijs diuiderer. At præsens bellum post inclytam victoriam, quæ Galliarum opes, nobilitas, robur concidissent, per legatos fœliciter administrari, inferri nec præsente Rege iam posse; cum Henricus immensis contractis viribus, inuassurus esset Belgum, antequam ex præsidij in aciem coirent Hispani. Procul à ratione belli stare, tantum gloriæ cumulum discrimini: unius ictus obviceret; cum morarum tædio, suaque ipsa mule, quam nullæ opes diu sustentare sufficiunt, Galli opprimi valent. Sed etiam amorem ciuium officiosius esse procurandum, quam ex hoste victoriam: ille namque inuictum munimentum est; hæc longius promota exitium affuerit inferre. Hac Anniba-

lem,

hæc Pyrrhum, alios queduces & Rezes
celebratos fama, quod vltra concessum
institissent viclis, afflixit. Hæc eadem
illum Carolum à quo ipse veniret, di-
ctum ex animorum impetu audacem,
dedit in ruinam præcipitem. Nihil
enim mortalibus deterius iniunxisse
naturam, quam nimium oblitas men-
tes fœlicitatis suæ, & obnoxias fallaciæ
obsequio fortuna. Ingrata hæc erant
militaribus viris, & quibus maior
gloriæ, quam patriæ cupido. Sed
quod Rhodericus palam esset au-
tor sententiæ, qui arbiter regiæ
mentis censebatur, quanquam mul-
torum vultus dissentiret, nemo ra-
men ire contra audebat, adhuc Re-
gis vcluntate alto silentio, & vul-
lus securitate velata. Albanus,
qui non blandientis assentationis
industria, sed virtutum pondere sta-
bilem & fixam gratiam apud Phi-
lippam iniaerat, grauis semper
æmulatione Rhoderico in hunc
modum maximè alloquitur. *Sic cre-
didisse;* Rex præsentiam tuam Hispa-
nis

nis maiorem utilitatem afferre, te ad-
monerem potius, & amari concessa li-
bertate exigerem, ne cluibus de te opti-
me meritis tantum iniuriae, tantum do-
loris imponeres. At si verum audire non
pudet, inutilis & exuiosus est Hispani-
as iste discessus: hac enim tempestate
idem esse credas relinquere Belgium, &
mittere. Te in Hispanias nauigantem
sequentur nobilissimi duces, milicium
robur, classes, opes, & cetera, quibus
ad hanc diem hosti prestitimus. Igitur
qui praesentere, vix illi pares habemur
absente, vires eius & quabimus? Sed
hostium formidinis est plenus, multo-
que fuso sanguine exhaustus, nos ter ar-
dens & paulo ante victor exercitus.
Ecquid ubi est ille? An sub signis an
in castris degit, an praesidijs diuisus
attinetur? Imò per Deum immortalem
extanta hominum multitudine super-
sumus pauci: partim vulneribus inuti-
les, & secundum in modum affectos dira-
bellirabies exedit: partim expolijs cne-
rari reportarunt in patriam diutinem pa-
cem, Hactamen, que ignatos & ima-

Contrà
arguit
Alb.

peritos terrent, leuia essent damna, manentibus ducibus; hi namque, velut corpora fuso per venas sanguine exhausita, nervorum atque ossium compage illæsa, facile convalescunt, magnum firmumque exercitus corpus celeriter instruunt: eos si abduxeris, Rex, si tuum non adsit nobis auspicium, inutilis erit collectitiij militis onerosa moles. At Hispanorum affectus, & pie voces Regis de absentia queruntur. Nunc Hispaniæ immotæ & opulentæ secura & lata pace fruuntur. Italij pacata est, Gallorum fuso exercitu: & Dux Ferrarie, cuius arma quietem morabatur, conuenit non innitus in partes. Vnum Belgium discrimini est obvium; hoc ergo tuendum, huic sunt adhibenda fomenta. Mens quoque, ubi inferior pars ægritudine afficitur, tota in eo membro laborat; quo amissio, vel infectio, caput saluum esse non potest: manus enim corrupta, vel pede, tabes omne in corpus redundat; aut absindenda sunt aut sumendum effectura dolorem. At tantam gloriam partam satius erit tue-

vi, finibus regionis munitis; non hostem
iam armatum prouocare. Id verius in-
citamentum adest, quo generosi spiritus
acti fælicitati suæ habendas laxius ef-
fundant. Verum ex tanta fortuna ma-
nebit nostris commodis nihil, nisi vici-
tricem eam Gallis intuleris. Hi Quin-
tinopolim cum exercitu amiserent; sed
Caletum & Gisnam obtincent, quas ur-
bes nunquam, victores etiam, tentare
sunt ausi. Itaque nos victoria, premijs
Gallifruuntur. Æterna hinc in nos
Britannorum odia consurgent; nec ar-
ma quieta erunt, vlcisci cladem suam in
socios ardentes cupientibus; quorum
fœderat amicitia eam induxit prä-
tendant. Celeritate opus est Rex, ut pa-
lam facias ante discrimen, penes quem
stet rerum arbitrium, claram & muni-
tam urbem inuadere: ne saltem Galli
ex calamitate se prudentiores ostendat,
quam nos ab indulgentia fortune vo-
cantis. Hanc, ubi adesse cognoueris,
pressis manibus teneas; quam merito
velocem antiqui dixerunt, ut nos quo-
que docerent, quanto debeamus impetu

164 Ferdinandi Toletani Vitæ

sequi: illa namque sui & suorum domi-
na, nunquam retinetur inuita. Eam
celebrati duces Regesque infelici exitu
clari deseruere, non illa desituit. Cùm
ramen aduersa aut dubia prænoscitur,
caute procedendum sensi; secus ubi le-
cta, & capi volens adspirat. Difficilis
est prima victoria; hac parta, cætera
ad sunt sequentibus. Sic pater tuus Ca-
rolo cunctando ad Danubium victor,
ad Albiti rapto per fluctus agmine, fœ-
licitatis suæ cursum terminauit, vno
temporis & victoria momento Saxo-
nia perdomita. Iunge ergo vires; opes in
Lucrum non auarus funde. Præsentem
Belge sequentur; absentem Hispani
nen deferent: Germani tuum ad numen
excitatim impigre alas & legiones emit-
tent. Utet Rex tua fortuna memor,
quoties haec gens parenti tuo, impia ar-
ma intulerit beneficijs, non odijs prouo-
cata. Consilium fidele habes, quod apud
sapientem superuacuum est multis ur-
gere: nec illo uti poteris, nisi celeritatem
hostis festinando præripias. Aut si cordé
lata pacis est amor, vnucauidius am-
plex

plefferet, cum eam videaris donare beneficium, non accipere. Tunc dum iusta cum gloria, & non vanas securitate licebit optatos cives visere.

2 Rex silentio clausus, dimisso concilio, multis rerum imaginibus turbantibus mentem male securam, tandem Albani sententiam ut potiorem, quamvis gravior erat Rhoderici, eligens, iussit magnum equitum numerum, & decem in Germania & Belgio conscribi legiones. Sed tantæ belli minæ, quæ exigeret cito igne rapi, tardius mouebantur industria Rhoderici; qui etiam per damna publica & clades Regem ardebat in Hispanias abducere. Donec Egmontij Comitis viatoriz ad Grauelingam fama maiori igne vniuersos accendit, ut territis fusilque Gallis instantent, antequam se à metu colligerent. At strenuua magis spes, quam olim acer meatus, iam excitarat Henricum. Etenim ex Germania & Heluetijs legionibus accitis, factoque per reg-

Sequunt^r
Rex Al-
banicon
filium,
armari
exercitū
iubet,

num nobilitatis, & ingenuæ iuuentutis delectu, quadraginta peditum equitum millia quindecim iungens ad Ambianum metatus est castra. Catholicus haud inferiorem numerο obiecit exercitum: an robore & industria præstantior foret, Henricus fieri experimentum non dedit. Quin etiam prouocatus ad aciem munita se intra castra tenuit, non incertus Catholicum superiorem for-

Durlan. re, si æqua in arma venirent. Accisus enim cum nobilitate & ducibus obsiden exercitus ncruis, partim eqvitatui dam cen fidebat; quā viriū parte Galli opes jet Alb. suas, & clarum nomen belli sustentant. Albanus cunctatione hostis visa, & insolita diffidentia Gallis, pro victis cunctantes habens, quibus in impetu & alacritate sunt vires, admonuit constantius Regem, ut copias admoueret Durlani: forsan Hēricum incitatum eo dedecore, dum opem ferre obsessis aggreditur, copiam decernendi esse facturum. Quo igitur in sententiam Rege, quā-

Vis aliter differebant duces, & dis-
sentiebat Filibertus Imperator, ip-
se strenue ad opus, cuius auctor erat
se accingens, cum Parmensi Octa-
vio, & Francouillæ Ducibus, vali-
daque manu locorum situm & re-
gionis faciem exploratum missus,
obuias in Gallorum copias offen-
dit. Horum signa ut fulgere vidi-
t, Montinij Dominum iubet ad Phi-
lippum celeriter ire, & hostes ad ef-
fe nuntiare. Dux ultra progressus,
oculis regione subiecta, & loco cas-
tris destinato, vicinam recessit in
sylvam, expectans Regis imperium.
Montinius strenue reuectus indi-
cat, Regem dato signo iussisse in
aciem copias exire, & protinus mo-
ueri vexilla. Tunc equis in orbem
circumfusis, Albanus rogauit sen-
tentias ducum. Octavius, & Fran-
couilius ineundum pugnam esse
censebant: cum verò hostis medio
in ardore certaminis fusius seque-
retur Hispanos de industria ceden-
tes, ordinibus constipatis oram syl-

*Et specie
latum
valida
cum ma-
nu pre-
cedit.*

*Obuios
Gallos
cupit in-
uadere.*

ue tenerent, donec maiores copiæ festinantes aderent: tunc Galios insidijs circumuentos, itineris agitatione, & inopinato incurru turbatos, haud quaquam futuros pares Catholicis nullo labore exhaustis, labore, numeroque præstantibus. Nō multum ab hoc consilio abhorribat Albanus, inductus etiam natura loci apta militaribus dolis. Sed dux vetus multa experientia edocet, consilia & mox hostium momenta perpendens, ubi agnouit aduenisse Gaium egregium artibus belti, omni ipe fallendi deposita, imperium suorum, ardoremque inconsultum repressit, ne inutiliter virtutem contumerent. Guisios autem earum artium haud rudis, quæ maximè ignaros belli capiunt, & noscens ipse Albanum ex aduersitate, non autus eius ultra tentare fortunam, non lacetsi contentus proximo in colle subtiliterat. Nimirum recte censuit, esse contra militia artes & iura nobilitatis florem,

*Sed Gui-
sium ad-
essenan-
tiae, re
cedit
magno
consilio.*

& illustres viros, quos secum speculatorus adduxerat, tam valido hosti, certoque periculo obijcere, ut seruaret urbem munitionis & opportunitatis exiguae, Ergo Alba-nus sine cunctatione procedens, ipsa urbis moenia per lustrans, iterum ad hostem vertit signa; sed cum ille securus ioco, & pugnam non iniuste certus assideret, reuersus est Alba-nus ad Regem non leui gloria potius, Guilio, quo nec fortior, nec audientior aliis in Gallia arma tractabat, suo alpe&tu deterrito, ne iusiam intraret urbem, aut monstratam aciem, nec inaequalem admitteret. *Adfir-*
At dum potentissimi Reges labore mandas
superuacuo, inutilique in ora vires pacis le-
sus opesque consumunt, occasio-
ges mitti
ne enata ponendi discordias, ad pa-
cis bona confirmanda legati vitim-
que conueniunt. Hos inter lectos Et au-
viros effulgit prudentia Albani; quæ ctorfuit
quia multis & magnis sententijs Caletū
premitur, nostri esse muneris duxi,
eam ab inuidia tueri. Caletum au-
tem esse Brit.

tem & Hispanam urbes validissimas
omittendas Gallis esse enixius cen-
suit Albanus; nec modò detrimenti
nihil inde sequi, verum siccum Hé-
rico pacisci Catholicum interesse
Hispanæ securitatis & quietis. Hiac
verba in auctorem inuidia, eum in-
saniae, etiam proditionis legati &
socij insimulare cœperunt. Verum
repetitis altius causis, etiam intuēs
prætentia mala inuenies fœlicissi-
mi ingenij id extitisse consilium.
Etenim dum Britanni Caleto po-
tiebantur, utraq; obfessa ripa, clau-
debat fauces Oceanū. Itaque si ar-
ma nostra in Britannos consurge-
rent, & opes Galli soclarent, grauiā
inde accrescebant incommoda na-
vigatoris Hispanis: & clasie inter
fauces obiecta, Britanni, quibus tu-
tissimū receptus erant, maris pro-
cellosi, & inquis vadis incerticō-
mercia adimerent penitus. Sic na-
vigationis opportunitate amissa,
per Germaniam Rheno & Mosa
cogeremur militem & opes cir-
cum;

cumferre longo circuitu, grauiissimo detimento reipublice. Belgæ etiam, quorum præcipuae opes mari versantur, in egestatem primum, & solitudinem, nec post multum in seditiones, raptus, & ciuilia arma venirent. Iam autem Galli inuitati vtilitate commercij, & metu, ne cum Hispano iungerent fœdus; nos verò ne ad Gallos inclinarent soliciti, semper cogebamur, Britanos tanquam rerum arbitros colere, & amicitiam souere muneribus. Nunc ea necessitudine omisla, ut sunt Gallorum animi genio suo, & atsidui belli memoria Britannis infensi, & hi magnarum ciadum, quas Gallis intuletint, titulis insolenter feroce, mutuas inter se iras, & nouas clades accendant. Ut ut ista se habcent, præsens ætas, cum potentissimæ Britannorum classes nostra obsident maria, & littoribus imminent, utilius nobis fuisse docet, eius maris possessionem esse dignam,

*In Gal-
liā mit-
titur,
pro Rege
nuptias
celebra-
turus cū
Elisabe-
tha Hen-
rici filia.*

3 Hæc & plura coram Phi-
lippo referente Albano, adeò eius
menti probata sunt, ut non alium
digniorem habere se dixerit, qui
dextram suam animumque haud
disparem regio offerret Eliabethæ
Christianissimi filiæ, iam pætæ
Catholico. Dux itaque, quamuis
eum honorem ambitiosè petente
Rhoderico, cunctis prælatus, cum
magno & perillustri comitatu Lu-
tetiam Parisiorum adpehitur, non
rheda aut lectica mollis (quibus
nuac principes nostri vtuntur mag-
nificentia luxoriæ) sed equo insig-
nis & acer. Nondum suburbanos
hortos attigerat, cum ingens Pro-
cerum Galliarum frequentia in me-
dium venientem recepit. Cundi
audiri noscendi, & nosci à Duce,
quem adeò gestarum rerum cele-
brauerat fama, manum eius, hume-
rosique officiosa benevolentia tan-
gebant: quibus ob generis aut gra-
dos humilitatem proprius non da-
batur accessus, oculos animosque
cuius

eius aspectu complebant: & ut faciles & proni in comitatem & hospitum fauorem sunt Galli, nihil omisere, quo dalcius longum & amoenum iter seminibus incunditatis infererent. Omnibus Albanus satisfaciens, Guisium praesertim intuens, ut pudorem vicio, & si quae irae hostili animo hærerent, blanda auerret manu: *Tu quidem, inquit, illedux*

et matru, et a quacum, inquit, lucum
es, agnosco, cuius virtutem in Samnio Guisius
miratus sum aequioribus fatis: sed ne te multa
pudeat fateri, amicorum dolis antefuis comita-
se victum, ut posses nostris armis cede te allo-
re: nec paeniteat ultra illius infelicitis quitur
expeditionis, quam decet virum for-
tem. Ergnarum, quoties fortuna aduer-
sa soleat veræ refragari virtuti. Ducas
orationem Guisius occupans laudi-
bus, asseruit versus ad Proceres, di-
uinam ei inesse industriam, & vir-
tutem, quibus se incertis belli casi-
bus eximaret, semper Victoria prä-
uisa. His sermonibus, etiam talibus
urbanis (nam linguae Gallicæ peri-
tus erat Albanus) delectati medium

105

per urbem triumphali ornatu illustrem venerant in regiam. Primo in atrio Rex filijs comitatus occurrit. Albanus genu posito, sui Regis veneraturus socerum, dextram repetebat. Obtulit amplexus Henricus, & alleuatum manu ad Elisabetham induxit. Simili veneratione adorata Reginā, cum hæc admonuisser, ne intectus capite multis de causis honoratissimo staret; ille comitate & eleganria insignis, sic perseverauit stare, addito egregio responso.

Huius elegatia & comitas. Non aliter tante Maiestatis seruum stare decere: quod si honos regendi coram Regibus caput sui gradus esset, non tamen conuenire tam rusticam dignitatem animi studentis officio. Philippi sponsi litteras & munera è genu dedit Elisabethæ, amorem Regis blande, seruato tamen decoro grauitatis, commēdans. Ad ceterè per has artes Reginæ lētum animum deuinxit sibi, ut cum reliqua industriae deessent, eius fauore innixus posset gratiæ securum iter ingre-

*Rex cū
filijs oc
currat
Alb.*

gredi. In aulæ deinde partem hospi-
tio designatam deductus discubuit
cum Galliæ Proceribus. Omnes
dum onerantur mensæ , dum fusa
vino gaudia discurrunt, in eum ora
oculosque conuerterant, æstiman-
tes indefessum mentis ignem, &
celitudinem ex vulnus ardenti lu-
mine. Postquam amotis mensis, &
Inhibita parumper conuiuij licen-
tia, de rebus bellî & pacis multa ro-
gatus, multa sponte disseruit ; cum
eundem iam arduum & sapientia
celsum, iam facilem in sales, & tē-
peratum moribus alienis vidissent,
palam ac libenter exclamare cœpe-
runt, illum unum virum dignissi-
mum esse, in quem omnia dona &
munera fortuna & virtus conges-
sent ex æquo certantes. Verum sa-
pientiæ Ducas, & venerabili alacri-
tati fauentes, ingratum obsequium
dabant fatigato : nec tamen Alba- Anno
nus utriusque militiæ vigilias ob- 1558.
seruare edoctus, eorum satisfacta-
tus desiderio sermones in lucem re-

Conui-
uiū mul-
ta elegā-
tia cele-
brat,

sasset extrahere. Ea vbi plurima illu-
xit, natalibus diuinis Præcursoris
sacrata (annus erat sœculi quinqua-
gesimus nonus) in templo diuinæ
Matri, ut omnia essent diuina, Al-
banus Reginæ suæ dextram pro Phi-
lippo recepit in fidem, astante nobis
litate Galliarum, & Catholici Re-
gis legatis. Borbonius Cardinalis
salutis nostræ celebrato rite myste-
rio, more Ecclesiæ Elisabethani
Philippo collocauit. Vrbs protinus
festis acclamationibus, & ludorum
apparatu strepere: per diem pugnæ
equestris, circi spectacula, trium-
phaliis pompa, & insignis ornatus
opulentia visebantur: per noctem
testa & viæ luminibus redimita ful-
gere; equites laruati facibus accen-
sis in varios cursus & sinuatos orbes
volitare. Henricus eos ludos suo fa-
neti premitti ignarus, nimia alacri-
tate perfusus cunctis aderat huma-
nus & facilis. Sed cumulans in Al-
bano favorem, manu eius infusa
dextræ suæ: Tu, inquit, Dux honoris.

eissimè. Regis Hispaniæ & filie nos-
tre eris optimus pater: & rogo illit nup-
tis velis assistere, quas ipse Philippus
celebrauit; enīque paterno affectu du-
cas in uxoris amorem. Alboanus Re-
gis dextram strenue premens oscu-
culo, honorem admissit pollicitus,
non modò se Reginæ nuptijs, ve-
rum omni eius voluntati adfatu-
rum; ut quantum vires suæ possent
nihil illa pietatis, nihil desideraret
obsequij. Dona regalis magnifi-
centiæ, quæ Henricus offerebat, re-
cusauit accipere, respondens libera-
liter, se non donis & muneribus Re-
gi, sed amore esse deuinclum; &
quidem beneficium iam esse perfe-
ctum, cum dignum iudicauerit;
nunc supercesserit agnosceret, quem
virum cæteris Rex Hispaniæ præ-
tulerit, & quem ipse supra fastigium
priuati hominis eoleret. Munera
tamen ab Elisabetha donata aui-
dius accepit; sic temperamento ele-
ganti distinguens, quid negaret au-
xiliæ, quid gratiæ & fauori conce-
deret.

*Henrici
dona af-
pernat,
Regina
auidius
accepit,*

178 *Ferdinandi Toletani Vita*

deret. Vel quia arduam Philippī
mentem senserat suspicioni paratā;
& amulorum odia timens, noluic
inuidiosa dona ab hoste referre;
quæ semper male secura claros &
innocentes viros falsa sub inuidia
assuefecunt premere. Nec defuisset
Ulysses Rhodericus, cuncta Ducis
facta in deterius vertens. Próximo
die armorum expectaculo, quod
Rex ipse celebraturus, armatus in
arenam processit, iudex virtutis sin-
gulorum datus præfuit. Et postquam
Henricus hasta obuios strenue &
feliciter non paucos excepit, Al-
banus primam virtutis palmam ei
merito deferens, rogauit enixius
Regem, ut tandem satiatus gloria,
saluti suæ consuleret: quod idem
Elisabetha filia, & fidissimi ciues
postulabant, ne forsan inopinatus
casus raperet. Sed audax iuuenis sua
in fata (id est coelestis Numinis ar-
canam prouidentiam, quæ dicit,
non trahit libertatem) cæco impe-
nitus impens, Mongomerum Scoto-

rum militum Praeferum strenuum
 & elegantem iuuenem acer invas-
 sit: fractisque in pectoribus lanceis,
 Scotus equo celeriter verso, fracta
 in os dirigens hastam, galeam Regis
 male coherentem aperuit, & tere-
 brato oculo fudit exanimū. Adeo
 infelici extremi aëtus catastrophe,
 nuptiali in funebrem mutata pom-
 pa, non ultra in urbe funesta im-
 moratus Albanus contulit se ad Re-
 gem tristi iam nuntio perterritum,
 & indignantem, regij fastigij viros
 communi egentium sorti esse sub-
 iectos. Antequam Rex solueret in
 Hispaniam classem, magnis consi-
 lijs interfuit, quæ solicite pro Bel-
 gij religione, & motu tractabantur.
 Hæc transcurram celeriter, causas,
 & ardua initia bello, quod Albanus
 summo cum imperio getsit multos
 annos, daturus: ut palam inde fiat,
 meliores reliquisse Belgas, quam in-
 venierit. Is enim est lauissimus in-
 dulæ scopulus in quem sete inue-
 hens scriptorum acerbitas insanos

Sanciaz
 tus ca-
 dit Hen-
 ricus.

Reuertis-
 tur ad
 Philip.
 Alb.

180. *Ferdinandi Toletani Vite*
criminationum fluctus aduoluit;
Albanum scilicet impotenti saeui-
tia irritatis populorum animis fida
pace quiescentibus, Belgum ami-
sisse. Itaque si eorum ante aduen-
tum Ducis conspirationes in Re-
gem, in Deum ostenderim summa
flagitia, satis clare patebit, contu-
maces ciues, longè ab amore Prin-
cipis indulgentis positos, timo-
ris acris vinculis contineri debuiss-
e.

*Exponit
belli Bel-
gicicas-
sas.*

4 Iam Belgæ, ex Gallia
& Germania contagio irrumpe[n]te
afflati, hæresim animo induxerat:
multos etiam nobilium tenebat in-
cendium; quorum au[tor]itas, Re-
gis amota præsentia, & muliebri
imperio contempto, eosdem in er-
rores traheret ciues audaces & egē-
tes: in diesque contumaciores redi-
ti, peccandi libertate gustata, fre-
quentes ad hæreticos magistros
accurrerent. Britanni per occultos
emissarios ostendebant auxilia, ut
Hispano, & Romanæ religionis iu-

go excusso ceruice, animorum cor-
porumque pararent libertatem, quæ
destituit nunquam strenue sequen-
tes. Gaarus omnia Philippos, &
certus mentes in deteriora prolap-
sas Principis expectare discessam,
ut ab eo simul & religione defice-
rent, rantis occurriturus malis, potē-
tissimam aduersus religionis vulne-
ra medicinam, in Belgio more His-
pano iubet statui sanctissimum Fi-
dei tribunal. Sed remedij impa- *Prima*
tientes Belgæ, renouato hiantis ci- *offensio-*
catriæ dolore, in tabiem perciti *nisi causa-*
dedere responsum: ante emisuros s.
animas, quam ultimam feruitatem
admitterent: aut vasta exilia quæ-
sitos, ubi saltæ miteris, quibus
non licuit ut in vita, contingenteret li-
berum mortis arbitrium. Perculsus
Rex obstinatione ciuium quanquā
id vnum medicamentum efficax
censebat esse, incepto abstitit, ali-
ter quoque sperans se nondum excl
cerato vulneri posse mederi, nimi-
tum, si aucto numero & opibus

Secunda.

Episcoporum, Ecclesiæ valeret au-
toritas. Hoc etiam inflammauit
accensos, Episcopis, & Abbatibus,
quibus ademptæ sunt opes, ut dita-
rentur egeni, incendio ministranti-
bus faces. Mutari leges patrias; Ca-
roli Cæsaris instituta contemni;
trahi inuitos populos in pudendum
externi dominatus seruitium: ex-
haustos ciues esse & fessos, quorum
miserias Princeps alleuare debebat,
non diuites Episcoporum census
angere: eo religionis prætextu no-
ua seruitutis vincula imponi: illi
enim, suam in potestate omni pe-
cunia redacta, magnam tuerentur
satellitum turbam; quorum auaræ
manus miserorum: cruento saginatae
subditis religionis criminibus, in
cædem delinarent innocentes,
quos opum magnitudo auaritiae of-
tendat infensos. Nobilium fuit que-
rela altius repetita, quò eorum se-
sus altior erat, & causæ obtendebā-
tur iræ grauiores. Cum enim im-
pense dedisset operam bellanti Re-
gi

Tertia.

gi nobilitas, tantis meritis reddita-
tam nullam gratiam esse dolebant.
Regem ministris uti Hispanis; ho-
rum consilijs & destinatione cun-
cta moueri; in eos præmia, hono-
res, & opes cumulari, Belgarum
damnata fide, quos ab aula, & late-
re, tanquam peregrinos & hostes
excluderet. Egmontius Comes Le-
moralius, in quo auctoritas emine-
bat, & decor, grauis erat Hispanis
immodica iactatione virtutis, ge-
minas viatorias ad Quintinopolin,
& Grauelingam dicens suæ operæ
fuisse: nunc amissis eis fidem & ob-
sequium opibus, tantum odij & pu-
doris reddi fortibus factis, quantum
gloriæ & dignitatis meruerit. Hæc
intima fuit, & tristissima nobilita-
tis offensio: quam nimirum Princi-
pes strenue amouere contendant,
ni miserabiles exitus suorum habe-
re maluerint. Etenim accisis opibus
cum grauissimum sit nobilibus to-
lerare pudore, & arduum bene uti
paupertatis laude, sceleris & pericu-

la ardentes incurunt; ut subita mutatione rerum maiorem in potentiam erumpant, aut honestiori morte functi infelici vita se exsoluant. Sæuisimum tamen paupertas est, secum pudorem trahens & infamiam: quod si aliter euelli non posset, sua vulnera scindit, funditque in Regem sanguinem cencitata nobilitas.

Suadet Alb. Re. gl, ut occurrat pauperi tati nobilium. Hæc & alia referens Al-
banus, Regem constanter admo-
nuit, nobilium decorem audius
tueretur, quam ærarij magnitudi-
nem; illius enim cura incendia ci-
uilia, huius externa reprimit. Et
quidem egestatem Procerum intu-
lisse sæpius publico statui ruinam;
nam paupertas sollicita est, & tarda
fœlicitas. Ciues autem ubi se florē-
tes & beatos inspexerint, quid ultra
desiderent, nisi stabilem & diutur-
nam præsentis fortunæ durationē?
Sic Tiberius Cæsar, nec prodigus,
nec indulgens, amorem ciuum per-
iacturam opum redimebat, nec pic-
tas erat aut magnificentia, (ed me-
gus,

tus, ne ultima egestate efferati in tem publicam manus anhelantes extenderent. Contra Granuella-nus: securum Regem esse non posse, Optimatibus potentia Fiorentibus: imminentem esse humanam cupiditatem, nec finibus concessis terminari: sed more incendijs, dum plura rapit, ad maiora se extende-re; & his obtentis summa quoque inuadere. Tunc denique Principem esse vere securum, cum omnes ab eius manu & nutu dependeant. Multorum egestatem donis alle-tus Tiberium; seq etiam Hortolum primæ nobilitatis iuuenem cum ignominia repulisse, causa sci-licer redditus; ne quantum pauperum in republica esset, principem oneraret, & is, perfracto ærario, communes opes ad tuendam nobis-sim inertiam, & libidines funde-ret. Plebs igitur diues esset & fœ-lix; quæ necessitatibus ab soluta vin-culo à nobilitate se posita, & eam ingenito odio fastidiens, æternum

*Contra
arguit
Gräuel-
lannus.*

dis-

discordaret; & huius sine duce arma facile contemnas; & Proceres nullo negotio contineas vulgi obsequio & amore nudatos. Non fitas quidem esse dolorum causas; sed iniucas & pudendas ipsis prodigentiam, & luxum. Etenim Hispanorum magnificentiam cupientes æquare, non sufficientibus paternis fortunis, quod illis auxit dignitatem & gloriam, Belgis pudorem & ruinam instulit. Hinc ruere in cæcas cogitationes; meditari sibi patriæque excidium. Albanus spreta inani Granuellani sententia, Regem monere non delititit, grata & faciliter liberalitate tot odia & armare redimeret: quod si graue esset exhaūrite æratum, minus nociturum imponere tributum plebi, quo nobilium Ordinem sibi & paci firmauerat. Sic verius, quod esset tutissimum imperijs, causas seiminari discordias nihilque timendum, ubi odijs multitudo agitata à nobilitate disciuerit; illa enim sine consilio & mena

& mente ruit; nec longius exempla
seuocanda, pulsante adhuc animos
Communitatum fatali dissidio.
Nobiles contra pudore ingenito &
Maiestatis reverentia constricti,
eius crimina nisi ob ultimum odiū
& calamitatem non subeunt; sus-
ceptas emel arma non nisi cum vi-
ta deponunt. Rex ad asperiora
motus, sumptus belli causatus, libe-
ralitatem, quæ tunc esset gratissi-
ma, distulit, pollicitus, ubi primum
venisset in Hispanias, se Belgarum
egestati ducenta autoreorum millia
daturum esse subsidio. Sed tarda re-
media sunt, quæ, instantiè vi morbi
reservuantur in tempus calamitatis
extremæ, cum nullæ iam sint ad
connitendum vites. Et iam per Bel-
giani tacitum grislabantur incen-
dium.

5. Etenim Orangius Prin *Conspira*
ceps mirus artifex scelerum, iam *tio Belga*
Deo rebellis multorum conscienc- *rum,*
tias implicabat, spe inductus, popu-
larum in animis inarma concitis, vo-
cariſſ.

catisque in societatem belli Germanis, se posse Belgij dominatu, aut saltem in gubernatione potiri. Ad mixti sunt protinus Egmontius, Hornanus, & Hocstratus Comites: per hos contanguini ei, & familiares adducti; & multi suo instigatu erant parati, quos iam hereticus furor inuasierat. Incertus rerum Philippus, Belgaram certa discordia, ne in bellum & incendia cuncti perent timens, dubitauit, an malo subcrescenti praesens occurreret. Id lucrum Belgis foret, an triste magis, arduum erat discernere. Nam omni ex parte ad Regem factio conciliu, venalium rerum aucto pretio, ingens mercatoribus, & agricoliis utilitas aderat, data copia vendedit. ceteros egestas, & secundandi difficultas urgebat. Unde tam nocens videbatur Regis praesentia, quam abscessus: nec diversis & compugnantibus morbis una medicina satiserat. At Rex Hispanias inuisendi cupidus, & consilio Rhoderici,

*Dificile
remediū.*

& Gra;

& Granuellani, quorum hic cum
Belgio sibi Gubernatricem, alter
cum Hispania destinauerat Regem,
ventis dare vela constituens, vni-
uersis salubritatem, vel inducias sal-
tem grassantimorbo daturus edi-
xit, post breuem & necessariam ab-
sentiam se reversum esse confes-
tim ad inuisendos Prouinciarium
charissimos ciues: ut illos interim
spe, hos metu sollicitos & suspicatos
haberet. Cæterum ex parte usus Al-
bani consilio, quatuor integras le-
giones Hispanorum cum duce e gre-
gio relinquendas esse cœseritis, duas
munitis urbibus & castellis impos-
suit. Sed ut amoliret invidiam, in-
duceretque ex honore & fiducia ne-
cessitatem obsequij, Egmontium
& Orangium præfecit Hispanis. Il-
li velato, quod peccore forebant,
scelere, actis pro honore gratijs,
quo fidem utriusque cæteris præiu-
liser, orare instantius cæperunt, ne-
tam ingrato munere viros de se op-
timè meritos, & mori pro fide pa-

ratos, inuidiae ciuium obijceret.
Vel potius si amaret Belgas, si eorum amore confideret, militem peregrinum abduceret. Belgas enim assuetos proprio sub Principe viuere, non toleraturos urbes suas, & armes militare externo occupatas velut iugum imponi ceruicibus: & eorum absolui pudorem, cuius damna ueris fidem. Praesertim eos populos ab origine, & memoria mortalium maiori libertatis umbra imperia pati assuetos, fortius & constantius amore & benevolentia retineri. Non metu, non horrore mortis Belgas ad obsequium trahi, qui contra mala inuidiæ nullum satis magnum libertatis premium esse didicerint. Preces deinde contumaces addunt, iure iurando se obstringunt, nauaturos operam, ut solitis prouinciæ vexillis pacem & quietem tuerentur, punitis seditionis auctoribus. Si verò hostilis terror ingrueret, tunc ipsos reuocaturos Hispanum, nullo officio, aut discrimine præter

misso, quo magis fidos animos, &
 charitatem aduersus suum Regem
 ostenderent. Philippus grauicra in-
 cendia in dies lacelisi conspiciens,
 tandem vixius pertinacia, se educitu-
 rum Hispanos esse promisit; ut Bel-
 gæ terroris soluti vinculo, amoris
 tantum necessitate, & suo ingenio
 vterentur. At cum grauis adhuc ex
 honore gubernationis inter Proce-
 res maneret offensio, sequutus iudi-
 cium patris, qui semper Principi Magare
 Austriaco Belgij tutelam commi- Austr.
 serat, Margaritam Parmensem ad- Belgio
 mouit gubernaculis, haud dubitans præcipit
 in ea fore pergratam Caroli paren- Rex,
 tis imaginem, & legitatem ingenij.
 Verum Antonius Granuellanus c3-
 siliorum arbiter datus asperitate in-
 genita, & superbia animi vniuersos
 accedit. Quæ vitia eo in homine
 saeuiores intulere faces, indignanti-
 bus palam Optimatibus, cum haud
 Contentum eo gradu, qui summo sa-
 etat proximus, adhuc moliri maio-
 ra; cum folidida è caligine cmerges

Magare
Austr.

Belgio

præcipit

Rex,

Quarta
offensio-

nis casu

sa,

supra nobilissimos Proceres extulerat caput. quod certè, si viri essent brevi peritatu, ne diutius in nobilitatis contumeliam staret, inuidia cunctis, & benis periculum. Sensit hæc Albanus, & cognito existenti consilio Regem cœpit arguere; ne fœminæ conuitteret Belgiam, cum arma, & erupturum imminret scelus: saltem clarum virum, fidumque, & cuius nobilitatem Belgæ dignari non possent, nec virtutem spernere valerent, iniungeret. Aliter accisam tempublibam, procelloso in pelago iactatam, sine magistro & gubernaculis ferendam esse ad seditionum scopulos. Et cito patuit, quam fidam atque utile fuisset Albani consilium. Quippe non ultra rebelles foederati agitatum distulere scelus quam ex Zellandia ora classem soluens Philippus in alium vela daret. Tunc etiam Hispanorum amoto presidio, conciones & tumultus licentius agebant.

Arma, ita acuere; mouere per Gal- Conspi-
lias & Germaniam auxilia, noua fœ-
derata inire, vrbes inuadere; scelerat-
is manibus Dei sacraria rescindere,
& Cœlitam delubra polluere, nul-
la pars integra ab incendio esse;
quod libere discurrens omnem te-
nuit citò regionem. Fœdus prope-
tantius Bredæ percussum: nouem
audacissimi fuere: hæc autem fœ-
deris summa. Nulli exempturos se Summa
labori aut periculo, quò Dei veneratio fœderis:
nem, obsequium Regis, patriæ salutem
& libertatem defenserent, Fidei Quæ-
sitoribus, tributorum in comportandis
oneribus, & externo milite pulsis. Ob
id accusatos, & traditos custodie defen-
sos armis, opibusque. In hæc verba
mutuo sacramento iurati; per vrbes
se spargunt, nobilium conscientias
non irrito conatu tentaturi; nam
de studio popularium minimè du-
bitabant. Tanta fuit cupido dulcis
libertatis, aut veræ religionis odiū
vel in Regem ira, ut intra duum
mensium spatium Toscandolus Au-

*Princi-
pes con-
spiratorum*

rei Velleris foederalis duum nullum nobilium nomina affirmauerit scripta habere se in tabulis. Certè constat non minus quingentos fuisse, præter mercatores, & plurimos obscuri generis, sed diuites. Princes erant Henricus Broderodius, Ludovicus, & Alphonsus Orangij fratres, Philippus Marnixius S. Aldegundæ Dominus, Collemburgicus, & Bergensis Marchiones. Orangius verò, Egmontius, Hornanus, & Hoestratanus Comites maiori sub umbra, & scelere latentes expectabant, quid Rex, aut Gubernatrix lœtum, vel triste censerent. Sed Austriaca blandis artibus decepta, in promptu habebant Foederati cius occulta consilia. Egmontius enim verbis magnificus, multaque elegantia & lepore ad alliciendum muliebre ingenium idoneus, sibi gratiam & credulitatem Gubernatrixis addixerat: & quoties illa tumultuantes exarserat, mitigabat iras blando sermone, ut interim im-

punitate data flagitijs, cōjurati vio
lentius auderent.

6 At postquam Belgicus ^{Nous}
Alcibiades Egmontius ab Hispania ^{fæderis},
redux, in quam nauigarat accersitus ^{& turs,}
à Rege, nuntiavit illum, graui in
Belgas ira collecta, exercitus atque
arma parare, non ultra cunctabun-
di Fœderati Teneramundæ conue-
niunt. Ibi statutum est, si Rex veni-
ret armatus, armis excludendum
esse prouincia: prius tamē Cæsaris
Maximiliani intercessione, &
conscientia tentatis, ei Belgij do-
minatum offerrent. Sic discordia
implicatis, & mutuis odijs inter se
conuulsis Austriacis, simulque in
partes accita Germania, arduum in
Hispanos bellum ardesceret. Alij
autem non adeo cæci, ut crederent
humanum opus fore, domus Aus-
triacæ turbare concordiam, nec
Hispanis armis obſistere, rebus des-
peratis censebant, non expectan-
dum esse armatum & ſequentem
principē; sed anteā per exilia spar-

si vastam & inanem solitudinem
Regi de Belgio triumphaturo relin-
querent: chariorem esse vitam quā
patriam, & vita libertatem: fortes
viros vbi cumque terrarum posue-
rint sedes, locum inuenire & præ-
mia virtuti, & patrij soli amorem;
præsentim cū a natura datum adeò
esset infestum, vt ex eo id vnum ha-
buissent, pœnitere in seruitutem
fuisse genitos. Quod si æquior for-
tuna aspiraret virtutis operibus, vi-
ri fortes & miseri armis repeterent
infelicem patriam: nihil in rebus
perditis tutius, exoptata morte, &
simul sperata victoria: ignauos ad
fati extremi nomen pauescere; stre-
nuos eius ipsius discrimine accen-
fos validiores assurgere; vt si mo-
riendum sit benè audendo tamen
consequantur, ne eos terra simul, &
obliuio sepeliat. Hæc sententia vt
proxima desperationi facile reiecta
erit a sanioribus. Quorum Egmon-
tius, & Orangius suscepere in se, re-
liquos Proceres, & equites eiusdem

sceleris conscientia implicatos ad arma concire, validaque per Galliam & Germaniam auxilia mouere. Nunc verò consilium fido silentio tegetent, quod magis tractandis rebus certissimum praesidium esset; nam si poenitentia occurserit urgeat ve necessitas, facilem ad concordiam esse regresum, cum idem sit egisse, ac modò cogitasse. Sed conspirati, hæreseos impellente flamma, violentius agebant, quam possent cœlare consilia. Et Mafeldius Comes in scelus ab Egmontio solicitatus, primum quasi metu, non constantia auersaretur consilium, quod perfici non posse credebat; postquam sermonis internuntius, ut metum eius expelleret, coniuratorum nomina, & ingentia auxilia detexit, protinus Egmontij litteras Gubernatrici, & ordinem conspirationis aperuit. Ergo ex periculo audentiores facti Rebelles, maiori frequentia hominum, ditissimis etiam mercatorum admitsis,

Amstelodami celebrauerunt conuentum. Variantibus pro cuiusque metu, aut temeritate sententijs, tandem assensere Ludouico Nassauo: nimis sacrosanctalex esset, ut se mutuo foedere tuerentur aduersus Hispanos; & armato Regi castris positis in Belgij limite occurrerent. Et ut confirmaret nutant resanimos, scriptas ad Orangium fratrem litteras ex Germania, Gallia, & Britannia, à Condæo Principe, & Colinnijs fratribus Hugonotorum factione potentibus, ab Augustib[us] Imperij Septemuiris, & Regina Elisabetha recitauit; quibus arma, opes, virosque pro noua religione cunctos datus iureiuitando se obstatuinxerant. Præterea edocuit, Michesij Iudæi apud Othomanum Regem gratia & sceleribus potentis ministerio Turcarum quo que arma parati. His Fœderatorum ereditis animis (nec enim sibi ex vano hereticorum auxilia promisebant) spe libertatis hausta & impunitaz

nitatis scelerum , leti consensere
 Nassauio. Is contentu soluto , ac-
 ceptaque pecunia , ad conscriben-
 dum militem in Saxoniam cum
 Brederodio contendit. Interim Gu-
 bernatrix attonita , & suspensa , Orā-
 gium , & Egmontium litteris , po-
 pulum vanis edictis fatigans dedit
 Rebellibus tempus , ut dom illa do-
 minationis ignara , & admoneri im-
 patiens vtriusque artibus capitur;
 ipsi arma , & milites ingerent ; tē-
 pla , vrbes exciderent , & sparso in-
 cendio , iam desperata venia , in om-
 ne scelus ruerent , spredo Maiestatis
 auxilio. Quapropter numero co-
 hortium adacto , munire se caput
 Austriaca aduersus Rebellium in-
 cursus : præsentiam Regis instantius
 exigere , eius profectionis famam
 augere , rumore vulgato , iam classe
 ornata iter ad Cantabriæ oras in-
 gressum : an quia credebat præsen-
 tem Maiestatem profuturam ; an
 timens , ne minori cogeretur cede-
 re , si essent arma tractanda. Hinc

200 Ferdinandi Toletani Vitæ

rursus pax inquies cœpit esse, & oc-
cultas formido, strenue magis & ra-
cità Fœderatis mouentibus scelus.
Austriaca ad omnem auram mobi-
lis pendens, quæ solicita uerat in
Belgium Regis iter, cum res in spe-
cie in oculis videret compositas,
non mente estimaret, quanta in
discordiam moliebatur Orangius,
dulci spe affecta, pacati Belgij glo-
ria posse frui, iterum ad Regem de-
dit litteras, remoratura eius aduen-
tum. Prouincias quietas esse dice-
bat, restitutas in obsequium fœlici
concordia: procul terrorem & ar-
ma habenda esse, quæ grauiores ex-
citarent motus, quam valerent co-
primi sine humana cæde, & vastita-
te regionum: nec aliter nobilium,
& mercatorum fugas, & volunta-
ria exilia sisti posse, nisi Rex gra-
tiam indulgens, ea condonaret,
quæ gens simplex Belgatum non
contumacia aut odio in Principem
sed cæco patriæ amore peccauer-
gant.

At Rex sororis incons-
tantia indignatus, facile ambitio-
nem agnoscens, & certus, sine ar-
mis Belgium non esse pacandum,
clastem & exercitum preparat, as-
sum, & impendentes curas alleuan-
di causa, in Segubiense planè regiū
nemus (Hispani Valsaïnum indigi-
tant) se contulit. Ibi dum amoëni-
tate vallis retentus venationi stu-
det, parumper onere regnandi de-
posito, à Ioanne Manrico Lara ac-
cepit litteras ; quatum sententiam
nostro operi interieram ; nam egre-
giè ostendit, quibus artibus praesta-
ret Albanus, quave Rhodericus in
eum æmulatione contendeter.
Omnes, inquit, magnorum Principum
consilijs admiratos, si fidei, constantie, &
dignitatis veram laudem exoptant,
oportet sue utilitatis vitia exuere, &
amorem non è republica natum. Ag-
noscis, sapientissime Rex, quam arctus
amicitiae usus cum Albano, & Rhode-
rico Sylua sit nobis : ex qua, fateor, satis
magnum habuerim fructum, si eadem
fide

Ioannes
Manri-
cuss nota-
bilis sen-
tentiae
litteras
mittit
ad Regē.

fide & amore, quo illi, te ipse contin-
gam. Verum ad aures nostras querela
penetrauit bonorum etiam dolore lacry-
mata; eos inter se diuisos, innicitos qui-
dem fide, ex diuerso tendentes, Senatus
rui supremit affectus, animosque miras,
& contentionem diducere. Albanus
dixerit sententiam primos seruato gra-
dus & dignitatis honore, eamque omni
copia sapientiae permanerit; hunc Rho-
dericus veluthostem sese inferentem in-
uidens oppugnare contendit. Vnde cæ-
terorum expectatio, & argumentum
est, quis vincatur, aut prematur. & ubi
hec discordia intersit, semper vincitur
ratio; qua victa, cadit etiam publica
salus. Hinc ergo licentia accreuit exte-
ris nationibus, in prouerbium circum-
ferre moram tu consiliij, mouentis post
res transaltas auxilia; palamque ra-
etatur grauicum detrimento reipubli-
ce validissimum in nosmet ipsos telum
esse tui Senatus dissidium. Quis hebes
ad eò ingenio, & obsecata mente non
videat, hac prava contentione Senatus
tuam quoque auctoritatem imminuis-
que

Quæ debuisset non quām mortalium estimationi esse subiecta. Summis Rēgi-
bus boni potius ministri, quām magni-
prodeſſedicantur; horum enim animis
ſi Regis & publice ſalutis amor exces-
ſerit, regna exhaustienda ſunt; ut im-
mensæ cupiditatis impleantur: illis ve-
ro contentis modicis opibus parabilis
uſus rerum ſuficit; & ſi auaras manus
exiendant, pro fortunæ ſue tenuitate
minimam partē innadunt: non arduas
inimicitias & reipublicæ nocuitas
exercent, non Proceres, & gubernantes
regna laeſſunt; nec popularism ani-
mos discordia turbant. Hac ad te ſcri-
bo, non quibus ipſe aſſenſerim, ſed quæ
bonorum ſummi cum dolore tradita,
ſine crimine non potui subducere. Si au-
tem ſubit cupiditas, ex me utriusque
artes, & momenta pernoscere, id nullo
negotio inueniet prudentia tua, ſi cupi-
ditates amborum inſpexeris. Qui ab
aſſentatione & ambitu integer, non præ-
mia, & honores, non domus ſue cupiat
augere fastigium; opes, famam, vitam-
que ſuam ſaluti publice impenderit;
hunc

404 Ferdinandi Toletani Vitæ
hunc optimum crede. & habe tuæ dig-
nitati proximum; hunc inter animi
potentias anumera; huic magna im-
peri a trade, nec ullum ei scribas gloriæ
terminum. Liber enim est pessimo adi-
piscendi, & diuicias cumulâdi affectu;
qui que metu solutus didicit modo Prin-
cipi & regno sine vere. Igitur Rhodericum
nulli charitate erga te cessurum esse cog-
noni, sed cupientem, nimiumque audi-
dum ipsius amoris qui suos egressus fi-
nes in ambitionem transit. Albanum
reputo constantie propiorem; & qui
suadehit utilia, non blanda; feria, &
plena salutis, non molli aucupio, & pri-
ma specie fallentia. Hic educatus in
castris formatusque Cæsaris moribus,
aulicorum vitia nouit, & spreuit, tam
exera adulstionem positus, quam
extra spem & necessitatem eas per ar-
tes obtinendi gratiam, quam inuictam
sperat ex vera & immortali laude bel-
lorum. Hec secum malui agere, quam
sne tecum ijs, qui non remedium hi an-
ti vulneri adhibere, sed tantum possunt
arguendo mouege doiores: nec quidem

ne discordiam faciam, aut gratiam is
 eam; verum ut agnoscas, illos se posites
 in sua quemque munera haberi praes-
 tantius; Rhoderico in aula, apud exer-
 citus Albano recente. Ego quamcum-
 que fortuna fortis dederis latus am-
 pleclar, oblitus nunquam amoris li-
 bertatem, quam inteuudit moderatio
 tua, & constantia nostra. Philippus Respon-
 praeceptis admoneri impatiens, cf-
 fensus virti libertate respondit; se natus
 quidem inuenisse iam de dum, quæ Rex,
 ille nouissimè afferret: cæterum di-
 versos esse sensus hominum, etiam
 si de æquali & sapientia tendentium:
 & quando iudicij, non voluntatem
 intersit in Senatu dissidium, rectius
 moneri Principem; & arbitrio eius
 libera electione permisit, pruden-
 tiæ quoque discerni, cum subie-
 cta oculis reipublicæ facie, inter
 pugnantes sententias potiorem sem-
 pere legerit. De cætero sibi curæ fu-
 turum, ne ciuium ambitioni sua au-
 la pataret. Epistola Manrici copia Rumo-
 vulgata affectus hominum in hunc resparsi

vel illum inclinantum varios in ru-
mores diuisit. Non pauci Rhoderi-
ci artes manifestas esse censebant,
qui à Rege Albanum amovere cu-
piebat, monstratis exercitibus Bel-
gicis. Dux enim gratia & genitus, au-
toritate & virtutibus maior secu-
rum, & stabilem tenebat potentiae
gradum; à quo erat arduum subdu-
cere apud Regem bona publica, &
egregiè facta, supra voluptates suas
curantem. Ille industria morum, &
lepore in pectus Regis allapsus se-
cum voluebat assidue, quam infir-
mis inniteretur potentię vinculis, ex
ancipiti voluntatis pendens affe-
ctu; que nulla certa lege adstricta
fastidiat prope simul, & amet: nec
Regum amori fidendum, quibus
potissima voluptas est summa li-
bertas. Alii, quibus grauis erat aliena
claritudo, & vita severa, quasi
Dacis virtus eorum vitia damna-
ret, vanitatis & fiduciae nimiae insi-
mulabant Albanum. Exoptauisse
scilicet immodicum estimatorem

sui palam cum Rhoderico de potentia & gratia certare, non frustra assequutum, Rhodericum dimitti posse à Rege tanto facilius, quanto potentior ipse esset Principis animo, cui summus utilitatis erat, nullus amoris affectus. Hinc inuidia se attollens, Manricum audum offendit, & serendis discordijs pronum arguebat. At viri ipsius mores sanctissimi, & tot per annos vita sine probro acta stat omnium innocentiae inuita defensio. Manrici enim constantiam, & æquales artes astimans sine amore, vel odio cogimur fateri, hac in re nulli mortaliū indulisse probatissimum virum, sed modo usum fuisse innocētis libertatis instinctū.

8 Interea velox de Regis *Auge* profectiōne in Belgium fama per- *Philip-*
uaserat; quā ipse ornando classem, *pusfa-* contrahens veteranos, conscribens *mam sui* nouem in Hispania militem, de in- *in Bel-* industria augebat; quō magis Fœde- *gium dis-* iatos suspensos habens, Principes fi- *cessus.*

nitimos occulto metu teneret; eo-
rumque curis varias per solicitu-
dines distractis, auxilia, quæ pro
Belgio mouere dicebantur, ad tu-
dos proprios fines atque oras con-
uerterent. Verum, et si rumor spar-
sus non parum Foederatos percule-
rat, corumque non paucos, ut arte
arma & sanguinem experiri vellet
clementiam Regis, urgebat, cunctis
famæ vanitatem aperuit Orangius
arbiter scelerum: nullam adhiberi
causam probabilem, qua motus
Philippus natura cunctabundus, ve-
tus expertusq; regnandi rerum ca-
put omitteret, timendum potius
esse, ne cum summa potestate, &
exercitu veniret Aibanus; qui infen-
sus Belgij, ubi occasio se obtulisset
satiatus erat iras inimicorum san-
guine. Hoc terrore submotus, dies
noctesque premente conscientia,
Bredam suæ ditionis urbem in Ba-
tauia concessit. Inde scelerum agi-
taante metu, Dilembergam, anti-
quam Nassauæ gentis sedem stre-
nuè

*Orangi-
fugit.*

Duè se cōtulit. Et ibi quietem mora-
su conscientiæ negante, Germaniā
citas petens, eius Principes, & libe-
ras ciuitates, Galliam, & Britanniā
solicitans, incendia breui post tem-
pore eruptura fonebat. At Philip-
pum sœuior & altior cura moraba-
tur, vastum scilicet filij Caroli &
terribile ingeatum. Quippe inte-
rioribus aulicis cunctas eius voces
& consilia prudenter, nouerat, fa-
vore & humanitate singulari Re-
bellium excepisse legatos, multa in
vicem de patris scuitia conques-
tum, & promisso, quam primum,
etiam patre inuito, ad prouincias
iturum, ut aui sui vera progenies
nomen quoq; reduceret cum amo-
re charissimis ciniibns. Hinc Rex Quæcan
in contemplationem calamitatis se mora-
imminentis renocatus, alta in men- bantur
te agitabat; an secum discedens fi- Regis
lium adduceret; an in Hispania re- iter,
linqueret? In primo certum discri-
men occursabat: si enim Princeps
manibus custodum clapsus fugeret

210 *Ferdinandi Toletani Vitæ*
ad Rebellis, furori immixto, bellum parricidale consurgeret: aut saltem habita è proximo spe, Belgæ contumaciores redderentur; & quidquid graue censeret in filium, in communem statum flagrante inuidia prorumperet. Alterum, Hispanias credere insano, & feroci iuueni, quem nulla præceptorum indefessa industria, & integritas, non ipsa cohiberet reverentia patris, temeritatis plenum esse videbat. Et enim non deficiente perpetuo etiam bonorum Principum malo, adulatio[n]e, & pessimi cuiusque audacia, Carolus prouincias inuaderet; obfistentes morte terroreret; cuncta incendijs & sanguine misceret armatus: certè ut posset ad obsequium trahi, multum ciuilis sanguinis esse fundendum. Harum calamitatum sub imagine contemplabatur Regis amor æquus, & pietas, quam triste atroxque esset exemplum, tragica olim, & in scenam simulata icelera præsentem in memoriam
renov.

reūocare. Itaque cum sœua omnia
& aduersa confunderent mentem,
quamuis Pontifex Pius V. verus
magusque Christi Orbis pater lit-
teris instantias vrgebat, in senten-
tia persistit, non deserendi Hispa-
nias, & iuuentutem filij malè secu-
ras. Tamē profectionis suæ famam
alens; impedimenta conquirit, le-
git socios, duces, arma, militem
contrahit; consiliumque palam agi-
tadat, cui permitteret Hispaniæ tu-
telam. Et ne dintius Principes vana
anxietate torqueret, per legatos
destinatione significata Belgium
adeundi, Regem Carolum rogauit,
liceret amico Principi, exercitum
pacatum, & quietum per Narbo-
nensem, & Lugdunensem Galliam
deducere. Ad Filibertum Allobro-
gum Duce'm delegauit Ioannem
Accunniam, qui terrarum situs, am-
nium altitudinem, pontes, vrbes, &
diuortia montium, qua editus in
Germaniam erat, graphicè con-
scripta remitteret, ne quid inopina-

Acta Ferdinandii Toletani Vite

tum moraretur iter , aut falleret.
Has inter cogitationes , & fluctus
æstuante Regem tertianæ febris
ardor exceptit: vixque non simular^e
valetudinem credebatur, ut ea mo-
ra Principes suspensos ageret , &
omnium erga se voluntates elice-
ret. Sed breui salubritate restitura,
acceptisq; ab Austriaca litteris, qui-
bus monebatur, Fœderatos Belgas
minitari, primo in limite prouincie
occursuros esse Regi armatos, &
iam ex Gallijs, & Germania auxilia
concire , tanta fuit indignatione
correptus, vt palam eam ostentans,
velut discessur^e protinus, delectum
militum , cladem, & cætera bello
necessaria , quæ de Industria tarde
mouebantur, iussit strenuè dispo-
ni. Nihil tamen æquè firmavit in
sententia Regem, ac ea populorum
abrupta licentia. Primum timuit,
ne forsitan diutino & arduo bello im-
plicaretur; deinde, ne spreta Maies-
tate, nulla, præter ædem & incen-
dia, supereffient remedia; quæ vali-
dis:

Sissim a seruari debent in extrema
reipublicæ vulnera: nam victo, aut
pulso legato, possunt ciues à Rege
mitigari, vel terreri. Consilium ta-
men Senatus censuit adhibendum,
ne videretur Pontificis vota, & so-
roris preces contemnere: suorum
etiam scrutaturus sensus, quanta
esset cuique sapientia, qui animus,
quid arduum, quidue optimum, &
salubre occurreret præsentibus ma-
lis; non quod posset à sententia mo-
ueri.

Conuenere viri, quo-
rum artibus, ut viam in arduis ape-
rire, Rex uti assueverat; omnes
egregijs animis & fide præstantes,
quamvis non æquali laude floren-
tes. Dux Albanus rerum gestarum
fama inclitus, celso ingenio, & va-
lida sapientia anteibat: sed mentem
inter horrentes acies aegidius bel-
lis exercitam mira facilitate acco-
modauerat aule dulcedini. Rhode-
ricus Ebolitanus Princeps, tempo-
rum, & morum Regis callidus ar-

214 *Ferdinandi Toletani Vitæ*
canos eius sensus inspexerat. Ambo
auctoritate insignes ex diuersis ar-
tibus nata; hic placida, etiam noci-
tura; ille nudam veritatem expo-
nens; Rhodericus diserta, & blan-
da auribus Principis; fortia Albanus
& publicæ saluti conuenientia sua-
deus, tanto gratia vincebat, quan-
to in aula adulatio est virenti supe-
rior. Esset quoque potentior Rho-
dericus, ni gnarus dominandi Phi-
lippus, se æquiorem magnis viris,
etiam quos fastidiret, ostenderet.
Adfuit quoque Spinosa Cardinalis;
qui loco humili emergens, animi
dotibus, per quas allicitur gratia,
instructus natura, & elegantior ar-
te, supremus Fidei Quætitor, & Se-
natus Regij Prætes euassit: nec post
multum Rhoderico submoto, per
quem ipse in eum gradum ascende-
rat, adeo potentiam intendit, ut of-
fensi Hilpani, eum per inuidiam
Regem sine nomine dicerent. Dux Fe-
rianus ingenij suauitate amabilis,
Rhoderico, quam Albano similior.

Ioan-

Ioannes Manicus Lara Naxarini
Ducis frater solida eloquentia & in-
tegritate spectabilis, Albano con-
tantia & libertate conformis. Anto-
nius Toletanus equorum aulae Præ-
fectus seueritate morum, & elegan-
ti modestia clarus. Bernardinus Fres-
neda confessarius Regis è Franci-
canafamilia, sapientiae & sanctita-
tis eximius. Antonius Petreius re-
gij scrinij Præfetus, homo appri-
mè callidus, & nimia se prudentia
perurbans. Interfuit consilio Rex,
affectus, vultus, fidemque aestima-
turus; vel ut auctoritate sua inter-
ueniret contentioni Albani, & Rho-
derici, quos hac in re maximè dis-
cordes futuros agnouerat; vel poti-
eorum inhibiturus orationem, qui
veteris memorie exemplis repeti-
tis, Carolum Principem in Belgium
mittendum esse censebant, non le-
uiter indignante Philippo. Rhode-
ricus, cui fiducia maior, voluntatis
Regis certus, multa assueratione
prædixit: *Indignum, luctuosum,* &

216 Ferdinandi Toletani Vitæ.

Rhoderi ei senten^{ia} proximum esse summum discrimini, rōc opulentissimas urbes, regiones, ciuesq;
omittere sine rectiore. Non sic pacari Belgas esse optandum, ut cadas Regis au-
toritatis: quis enim ferat eum cum rebelibus suis ex a quo certare; & paruum nostri imperij additamentum, eius defen-
di capite, & redimi e manu predonum? Sin autem in eo reipublicæ verteretur
salus, iret egregius Princeps, & vitam
sacrum ciuium fœlicitati dicaret. Nūc
vero cum paucorum scelere una prouincia turbet, se ad illam Regem conferre,
non tacitam esse confessionem, non ut-
ros, non arma, & duces habere, quibus
sceleratos euincat. Temerarij medici esse
& extremè dementis initis morbi ul-
tima adhibetur remedia. ita nunc Belgæ
torpentes metu concitari in rabiem,
quorum vulnera possint blanda quiete
sanari. Etenim cum armatum Regem,
suaq;ne sceleras sub ense videant, in noua
eos flagitia metus ultimus rapiet: nam
ubi presens terror mortis instat, sper-
nuntur ceteræ, & genus impunitatis
est, saluum esse non posse. Nullum,

in 2

Insistit Rhodericus, in Principem
telum validius acuitur, ac ciuium de-
peratio, quorum insidys circumuentus
exdat: quod arduum effectu non est, cum
multi vita sua salutem in Principis
nece reponant, vel saltem ab scelere pa-
trato graviora non timeant. Nec utamen
Belgarum error adeo se irrevocabilem
protulit. Quidquid fuit ad hanc diem
peccatum, apud eum, & pacatum
iudicem inueniet innocentie locum: me-
lius certe argui possunt acta, quam cor-
rigi. Cur ergo teneras adhuc, & crue-
ras cicatrices rescindes? quæ ubi tuis
oculis detecte patuerint, dolorem reno-
vabunt, non secus ac turgentia vulnera
cum frigus, amota fascia, perspirinxent.
Et quanquam ea est tua clementia, ut nū
quam velis irasci, securius est tamē non
posse. & dare veniae genus gratissimum,
nescire, quid Belga peccauerint: tristius
enim est timeri à ciue, quā falli. Sed Re-
gis ipsa præsentia, cū iā inuisa sit, odiorū
flamas alet, & pectora incēdet: si metus
assidua tractatione vilior efficitur: &
imminuitur estimatio rerū, quæ frequē-
tes occurstant; fama tantū cognitas cle-
bramus.

sic

Sic nomen tuum longè sepositum, tellum & præsidium erit inuictum. Cum te inspiciant ad communem ducum, & minorum Regum conditionem redactum, armati, & fidentes excipient; castra castris, viros viris, & virtuti furorem, opponent. Igitur tua virtus & auspicium per tot obstantia pericula euadens, inferet tamen cladem mortaliū generi, quæ, si institerit pertinax audacia rebellium, in luctum tristissimum versa infelicem tui memoriam relinet. Sed esto; admittunt Regem Belgæ pacati; reuerenter exequuntur imperia; est verum tranquilla & letafacies; populares animis, pectoribus venientem iudicunt. An credis posse acquiescere Orangium, & alios eius præ uitatis ministros, cum illi memores quantum per sex annorum turbas deliquerint, misericordiam absumptam esse agnoscant, vel præsumant? Non te armorum custodia, per Deum immortalem, qui auertat tantam nostro Imperio ruinam, non ardua & inaccessa moenia, non defendet tuorum industria vi-

gilans; cum iam nimium sint notæ oc-
cultæ artes, & visus fugientia venena,
quæ aduersus Principes fæliciter, ne-
dum impunè tractantur. Mitte igitur
Hispanum lucem notæ clementia &
bonitatis; qui inermis, & mansuetus,
arbiter pacis, & reconciliator venisse,
non vindex scelerum, & hostis videa-
tur. Iam autem Rex dubuisse, filij in-
uentum respicere, & etarem nō adul-
tam adhuc, & in deteriora prolapsam;
quam si reuocatam formaueris ad tuæ
virtutis exemplar, maiora Hispanæ
beneficia parabis, quam si amissum Bel-
gium restituas.

10 Orationem Rhoderi-
ci cuncti excepere silentio, oculis
in Albanum iactis, quem potissi-
mum ea inuidia petebat. Et qui as-
sensere consilio, Spinoza, cui gra-
uis erat moribus & potentia Alba-
nus, & Ferianus Dux, quem tantam
in legationem destinauerat Rhode-
ricus non occulto fauore, de Regis
voluntate ambo securi modestiam
ambitioni prætulerant: nam male-

*Albani
sententia.*

con-

XXXI. Ferdinandi Toletani Vitæ

condens Philippus sensus suos, vul-
tu, & oculis animum prodidisse fuit
visus. Quapropter nemo contra ire
est ansus, nec quam auersaretur, pro-
bare sententiam: donec capite deter-
eto Albanus in hunc modum orsus
est dicere. *Vocasti nos in Senatum,*
Rex, verius ut cogitationes nostras, &
intimos affectus erueres; non quod edo-
ceti indigeat prudentia tua. Sed quando
ira fuit placitum, ea non subtraham,
que tot annorum, tantarum rerum in-
offenso cursu sub augusto patre tuo ad-
*didici, tanquam bona paterna tibi redi-
turus. Belgas ille magnificentissimè*
ornauit, liberaliter fouit, & supra ipso-
vum vota dilexit: ingrata tamen pa-
*triā affixit, iugo seruituris cœnici-
bus eius imposito; & illa imprudens*
paucorum hominum errore turbaverat.
Non dubitat per Gallias incomita-
tus ire, quod unum debuit non fecisset;
& cum cetera Imperij in obsequio sta-
vent, missa Hispania, unius urbis in-
cendiose obiecit. Alexander, Asia &
Grecia subactis ab omni parte reser-

rum, que sub dominis, aut suo iure, habebantur, missis legatis, de veneratione Regis Babylone conuentū acturis, Atheniensium defectio[n]e nautiata, illuc cogitabat traicere. Quoties Julius, Octavianus, & reliqui Augusti Roman. Cesares disiunctas mortis, barbarasq[ue] sub axe gestes adiere? Non quod timerent sue salutis, sed publico bono consulerent gnarim paruo sub incendio magna latere, erupturna, si spes impunitatis aliena ex fortuna prouenerit. Principis munus est cuncta oculis subiecta facere: hac lege, & libertate nostrā, manus vni conmissimus; ut quid noxiū, quid utile sit reliquo corpori praevideat. Sic à diuino artifice docta natura voluit ceteram cibraetiam per sua vulnera tueri caput mentis domicilliū: sed in eo ponēs etiam oculos, legem dixit, cuncta esse iniurium, ut gressus inoffensi procedant. Non manus, non pedes, nisi ab eo iussi semovent. Verum ut insanum habebimus caput, quod auditu, & mente itinere exploraro, auertat oculos, ita Regē, qui cōtent⁹ audita, & cogitata novisse, quiet⁹.

¶ otioz

Et otiosus in aula considerit. Fateor consiliarios prudentia & fide constantes, quorum tibi eopiam dedit clementia diuina, accensas faces esse. & duces ardui itineris, quod Princeps regnatus ingreditur: sed plenum recordiae est ad alienam & fallentem lucem malleiter dirigere, diei pura luce contemptaz aut se lumine orbando, alterius ductu. Et fide uti Cur ergo, quando alia non essent, patris exempla non sequeris? Cur alieno lumini, cum tuum adeo vivendum acuerit cœlestis sensus, reipublicæ credis salutem? Occurrent quippe armati: occurrant tua virtus, & auspicium nos edacet iuolumen. Hispanie turbabuntur tanto expoliat & præsidior huic turpisimo argumento non coram Rege conuenit ex ira responsum. Eata men insomnia sunt, que Rhoderici mens accersit, fidae equidem, & pro Reges solicita. At non exigunt res presentes iacturam: quid ruimus in acies? Quid eterna ñdia, bellum arduum & cruentum incurrimus? Ego, Rex, voleo assentio Rhoderico, si pacatus ipse

Dixeris

Et inermis audeat aggredi furorem armatum; illos, inquam, ingratissimos ciues, qui maioribus, ac expediebat ipsis, tuam deceret Majestatem, beneficijs acceptis, in cœlum teque dira arma minantur. Subuersa pollutate plaiacent, sine honore & aris, sine custode & sacerdotibus vidua: non agricultores suos; non ciues urbes alunt, sed incendia, atque arma; quæ in dies agitata violentius iam ad ultima Belgij se extendunt. Hæc certè sine multorum exitio, aut pœna terminabit Rodericus sapientia sua? Quid ultra expectandum ille censet, qui pro leuissimis reputat extrema flagitia? Quis tot malis sese obijciet securus, nisi armatus præsentia Regis? Hæc una admotas facies extinguet; illa pro supplicijs & omnise ueritate sufficiet; illa insanos fluctus, & turbantia fulmina subita serenitate discutiet. At melius scelus publicum indulgendo transigitur. Hoc pessimum est ignavi Regis exemplum; si iam protegar sceleris magnitudo nocentes. Sed etiam paucorum pœna exerci-

524 Ferdinandi Toletani Vie
tui innocentia redditur; & maior cle-
mentia est, si unius vel alterius capitis
exitiam praestet securitatem uniuersis,
qui, dum scelera impunita manent, se-
cure esse non possunt. Nec tristia, & ini-
honestas uadeo; non enim irae crudelitas
sed pietatis est ratio, in utilia secare, ne-
dum tabo infecta & nocentia. An mem-
bra nostra & filiorum odimus, cum abs-
cindenda medico, & lanianda damus?
Tollantur ergo graviora illaturi, et si
iam gravissimos dolores important; &
modo quo possunt, desinantes esse re-
belles. Initia morborum, fateor, quies-
blanda, & indulgentia mitigant. Nunc
autem altius malum penetrans descen-
dit in viscera, nec alias sanari arte est pa-
tiens, nisi ferro, & igne sequentibus.
Verum de Maestate Regis esse non ne-
gamus, valido cum exercitu ducem an-
te mittere, qui fidus & acer, in se ini-
dia conuersa, preparet venturo obse-
quium, & amorem, quem inueniat fa-
cillimè apud cives, legati alta velut
sauadannando, & clemens beneficia
concedens. Ab hac oratione eructus

Man.

Manricus Lara facundè ac latè disseruit, præsertim magna vi insistēs, armatum ducem debere præmitti: qua suffragatione haud occultè delinabatur Albanus, militiæ gloria insignis, & integritate morum longè probatus. Ferianus sententiam Rhoderici, cuius gratia & industria maiori elegantia pollebat, confirmans, Albanum & Manicum cœpit argumentis premere; ipsoisque viros stricta oratione inuadens, movebat quoque similitates, & iras, quæ potentes erga Reges concullunt. Et iam Antonius Toletanus commotior ira, Ferianum dicente interruperat; cum Philippus, verso in odium consilio, ne irritati viri in arma prorrumperent, silentium imperauit severus, & secum discussurus, quod optimum inter utrumque esset iter, dimisit iam multa nocte Senatum.

At anxius Rhodericus, & oneratus curis, non oculos in somnum, non mentem in quietem cingere, non vni stare consilio: iam

ire in Belgium Regem, arma, acies,
& fortia cogitabat ; iam sine Rege
Albanum prouincias obtinere ma-
lebat, sibi aulæ dominatu concessio.
Nam cum ille tantum militiæ glo-
ria præstaret, quantum ipse artibus
blandiendi anteibat, facile erat ag-
noscere, in illum cuncta vertenda;
illum gratiam & potentiam apud
armatum Regem sequuturas; eius
egressus obseruaturos duces & mi-
lites; eius vnius consilio Principem
esse regendum; & elatus forsitan gra-
tia tam valido firmata nexu, æmu-
lum, ut minorem superbè despice-
ret. Sed etiam summo cum impe-
rio Duce misso, dubium non erat,
adacta rerum fama victorijs, &
bello Hispanis implicitis, ex neces-
itate viri, eius solidam potentiam
fundari, quæ labefactari non posset.
Creditur à Rege eam expeditio-
nem petivisse Rhodeticum; quam
se inertem inuassurum pollicitus
irrisui Principi fuit; & multorum
Id suspicantium iras obtinuit; quod
immoderata ambitione fatiscens,
inconq

Inconcessa, & infinita tentaret, quo
rum nullum posset amplecti. Hac *Indignatio Alb.*
de causa ardescens ira Albanus, pa-
lam conquestus est, alium inter af-
fentationem, & molle urbis otium
inuenisse, quæ ipse vincendo, perl-
clitando, se o labore, sanguine, &
vigilijs tem publicam tuendo me-
ruerat: æquari se præterea inferio-
ris gradus & nobilitatis ministris
indiscretum sibi honorē cum Rho-
derico, & Spinosa habeti indignè fe-
rens ille ingens spiritus, optabat cas-
trorum campique gloria secerni
disparēs inæqualesque virtutes. Phi-
lippus iam dudum certis destinatio-
nis suæ, eum statuit delegare virum
qui ad modam regiae magnitudinis
cuncta disponeret: & si postea in-
cesseret cupido inuisendi Provin-
cias, intraret Germaniæ fines suo
milite, & victoria securos. Hæc
etiam æmuli Albani iam mirè pro-
babant, improba spe inducti, si vi-
tus armis excederet, apertum fore
etimationibus locum, & ipse sua

infamia tabesceret: si verò re egrigie confecta, Germaniæ & Galliæ armis viatis, Belgio redderet pacem, vel multos annos eadem in prouincia attrinendum esse; vel nimius victoria tanta, & insolens apud Regis aures offenderet: & necessitate finita, ubi nos intercedat amor, inuidia iactatus & flagrans, vialis & deiectus ingemeret: etiam sperabant, illū circumuentum fraudibus Orangij peritum. At Rex de Albani profectione sollicitus, mandata ad legatos suos, & Praefectos Italiam miserat, quid fieri vellet exponēs. Litteras quoque dedit ad Allobrogum, & Lotharingiæ Duces, Helvetiorumque populos, quietum iter petens amico duci, qui in Belgium pereorum fines transmissurus erat exercitum. Carolus enim Rex causatus sui regni tumultus, tunc maximè ciuali bello flagrantis, negauerat per Gallias iter armatis. Et sanè Condæus, & Colinnius Hugonotorum duces, & principes,

suæ proditioni obtendentes , regni
 fines esse sine custode , posseque ab
 Hispanis in via capi vrbes præsidio
 nudatas , delectu per Galliam facta ,
 validas cohortes immisere Gene-
 uam fidam partibus urbem , omnif-
 que perfidiae & scelerum fœcundis-
 simam matrem . Huic maximè
 timebant Heretici , ne Allobrogen-
 sis , occasione atrepta , ditionis quæ-
 dam suæ urbem inuaderet : & cre-
 debatur sic in Hispania transactum
 esse cum Rege . Sed hac solutus Al-
 banus cura , profectiōni intentus
 cuncta strenue mouebat aduersus
 inimicorum cunctationem ; qui ,
 per momenta increbrescente fama
 tumultuum , gaudebant , illam ad
 Provincias contagio immedicabili
 affectas accedere . Vsus tamen cele-
 ritate ingenti , & libertate maiori ,
 classem ac militem , quem impor-
 taturas erat ab Hispania , collectum
 habuit , ut aperiente se vere , daret
 in altum vela . Rex yniuersa Alba-
 no , quæ honoris & potestatis escent

*Alb. adi
re Bel-
gium ius
sus, or-
nat pro-
fectione*

indulgens, Italiam Praefectos monuit, legiones veteranas, equitumque alas Insubriam adueherent, & starent Ducis imperijs. Verum ante discessum Caroli Principis venie crimen sibi obijt in aula, quam dubia in bit, dum præliorum forte discrimen. Ardentius enim tali denuntiatione efferrato iuene, cum imperium Regis, & voluntatem Albanus persuera ret ostendere, Carolus impatiens ira, subito pugione nudato, inuadens ferox Duce m, inquit, Ante ego hic te ferro confolidam, quam meas ad Provincias saevis hostis accedas. Albanus arde amplexatus iuuenem, Principe m multa auctoritate, & reverentia morabatur. Ille ex cunctatione ferocior, intumescens, atque anxiopectorate anhelas brachiorum nexus explicare nitebatur infendens, ut quoquo modo Duce m sica transigeret. Hic quamuis etate iam grauis, mole, & industria præualens ad terram viatum iuuenem affixit.

Tunc

Tunc in rabiem concitatus Caro-
lus, ut se vidit in genua prolapsum,
intra penates suos à nequissimo ser-
uo opprimi grandi voce clamauit.
Ad haec concurrentes aulici, ve-
Duce n rogantem, seq̄ue tuentem
viderunt, intinuere Principis manus
ne se adeo iacxiabili tcelere, & vi-
ri fidissimi cruento regia limina insi-
ceret. Dux interim elapsus ad Re-
gem (nam in contemplatione fla-
gitij immotus h̄eserat iuuenis) acta
& tentata exposuit multo cum do-
lore boni patris, & Regis; qui filij
irreuocabili temeritate percogni-
ta, regnorum suamque vicem do-
lens reputabat, quid esset ausurus, si
illis potiri contingenteret, qui suæ iu-
uentutis talem commendationem
faceret, neglecta auctoritate pater-
na. Laudato post breue silentium
Duce, quod non viciisset ira pieta-
tem, ne fotsan tanta inuidia domus
regiae flagraret, iussit è vestigio dis-
cedere.

Ia Itaque decimo septi-
mo
P 4

Anno mo Calendas Maias (annus erat sœculi sexagesimus septimus) subinde
1567. discessorum Rex multo cum fano.
In Bel- re amplexatus Ducem, Belgij pa-
giū mo- cem & religionem commisit: im-
uer ter poneret arces, & præsidia, necessi-
Alb. tatem obsequij; puniret auctores
 defectionis, ignosceret multitudi-
 ni, & cuncta ex suo tantum arbi-
 trio, inconsulta etiam Margarita,
 disponeret. Ille operam fidemque
 non aliam, quam eum usque in diē
 agnouerat, pondeas, cum magno
 nobilium comitatu digressus, Ma-
 io ineunte Cartaginem celeriter ve-
 nit. Sexto Idus eiusdem mensis so-
 luta in altum classe, fœliciori nauig-
 atione usus, quam valetudine, de-
 cimo tertio Calendas Junij Genuæ
 portum tenuit, adeo fatigatus com-
 pressione nerorum, ut dies ali-
 quot eripere festinationi cogeretur
 ad restituendam corpori fatiscenti
 salutem. Inuitatus etiam ciuium
 comitate, lecto attineri non susti-
 pens, aliquot amoenitatis ædes ex-
plus;

plurimis, quas viri nobiles magnificissimas posuere in radicibus Apennini montis, invaserunt: ubi amore, & hospitijs obsequio certantes Genuenses non parum alleuauere defessum. Inde Alexandriam veniens, Duxem Alburquerque salutauit, qui Iasubriæ Praefectus imperatorem invisorus occurrerat: copiamque robar, quantunq[ue] ei et, & Heluetiorum retulit grata promissa. Eos Anguitola Comes a Regge delegatus impulerat, ut liberum per fines suos iter, etiam delectuni militum Albano concederent; si vellet uti fide & virtute gentis, que toties in bellis arduis magnum fuerat victoriae momentum. Alexandriæ quoque ac iuibus Cassalis Mōferrati exceptit legatos, suam offrentes urbem, si dato praesidio Hispano gauderet miserrimos ciues educere impotenti crudelitate Matuani Dacis, quem saeuissimum tyrrannum esse dicebant. Albanus haud spernendam occasionem ratu-

234 *Ferdinandi Toletani Vita*
tus tam suavitam urbem sine bello
occupandi, responso non incertæ
voluntatis dato, Alburquerque
exequationem commisit, sed mo-
nito, ne ante res Italæ moueret,
quam agnosceret Belgum esse pa-
catum Tunc demum si Galli arma
mouerent, se ipsum cum exercitu
venturum, ylturumque clades In-
subriæ impositas, dum Romano
bello distentus vacuam prouinciam
reliquerat. Hinc ad Pontificem
Plum delegauit Bernardinum Mē-
dozam Corunniæ Comitis fratrem
qui Dicis animum eius Sanctitati
addictissimum exponeret, & nihil
omitturum, quo posset acris pro-
curare cultum diaiae religionis in
Belgio. Alexandria relata, Altam
Coloniam peruenit; ubi debile &
exhaustum corpus ignea febris in-
uasit. Sed ea cito animi ardore de-
pulsa, decimo septimo Calendas Iu-
lij ad S. Ambrosij Fanum ibi con-
uenire iussum lustrauit exercitum,
copiarium numero exiguum, virtu-

te, & duce terribilem: cuius inter
præcepta arcana, vnum erat men-
tis sapientiae raræ, & magnitudinis
index; scilicet non esse oneranda
castra multitudine. Hac enim dif-
ficilios regitur; tardius ad imperia
se mouet, formidini, & teditioi pa-
rata; hanc ructi nullæ opes possunt;
facultatem adimit reahendai per ar-
tes, & occasiones bellum; regiones
exhaustit; ac demum ut sit belianti
utilis, in imperio, & temeritate est
ponenda victoria. Nec multum re-
fert, an plures in acie constiterint,
cum semper ab strenuis & paucis
geratur omne disctimen; unoque
vel altero manipulo ex tanta mole
impulso formidinie, valuerit exempli-
plot turbantur. Alfonsus Vllo a tria
millia peditum Hispanorum ex pre-
sidijs Neapolitanis adduxerat. Le-
glio Infabrica sub tribando Sandio
Londonnio mille & ducetos et qua-
bat. Julianus Romerus præsidebat
Siculæ mille & sexcentos imple-
ti. Gonsalvus Bracamontius Sar-
doæ

Copias
numerat

doç tribunus datus numerabat milie
texcentos: huic Albanus quatuor
tyronum cohortes adiunxit. Ceteras,
quas secum ab Hispania intule-
rat, per Italiam præsidia diuisit. Equi-
tes Hispani, & Itali, cum Epirotis
ibant mille ducenti. His præcerat
Ferdinandus Toletanus à Duce ex
Asia genitus, Hierosolymorum
equitum magnus in Castella Prior:
cui pater Lupus Acanniam, eius
strenui viri meritorum haud imme-
mor, sub præfectum admovit, & fi-
lio securitatem præparans, & præ-
mium celstæ virtuti. Chiapinus Vi-
tellius Cætonæ Matchio castrorum
Magister erat, rei tormentariæ Ser-
bellion. Commissarium equitatus
agebat Antonius Olivera, nouam
in castris præfecturam sub Carolo
V. Cæfare institutam à Ferdinan-
do Gonzaga, & tunc primum ab al-
tero Ferdinando in Belgium ex Ita-
lia translatam. Nobiles præterea
conuererat alarum, & cohortiem
duces, militiae artibus, & vīa vin-

cedi clari. Nimirum Cæsar Daua-
lus Histonij Marchionis filius, Ra-
phael Manricus, Bernardinus Men-
doza gerendis & tradendis rebus il-
lustris. Ioannes Guevara, Lopus
Zapata aulæ Regis assiduus, &
Christophorus Mondragon; qui
Rodilana ex quo prope Methym-
nam Campestrem pago ortus, ex
gregario milite virtute ardentie
Qus ad honoratissima belli munia
conscendit; Sanctius Auila Ticinij,
Hieronymus Salinas Portus Her-
culis, Ioannes Salazar Panormita-
næ arcis, & Ioannes Sputius Popu-
loniæ Præfeti; quos Philippus ius-
sit, omissa Italia, Albanum, in Bel-
gium comitari. Alij etiam aderant
minoris claritudinis, quorum dare
nomina tam in promptu est nobis,
quam erit fastidio legentibus. Dux
lætus ac fidens tanto militum ro-
bore, grandiora semper inueniens,
tunc primum singulis iaculatorum
cohortibus quindenos musqueta-
rios adiecit. Quippe ante hāc diem

præ-

*Primus
in acie
Alban⁹
Musque-
tis est
vſus.*

*Prouin-
ciarum
motus.*

*Et Gu-
bernatri-
cis an-
xietas.*

præ graues illi tabi (quos Mosque-
tes dicimus) ligneo insistentes tri-
podi pro mūris tantum affuebant
explodi. Seò dicorni furcella admo-
ta, ingestabiles lacertis machinas
trāitulit ad vſum campestrīs agni-
nis.

13 Exercitus venientis
fama compressit Fœderatorum au-
daciā; & in speciem ostentata
quieta rerum facie precibus Belgæ
fatigabant Austriacam. Hæc inge-
nitæ nobilitatis bonitate decepta,
simulque in potentia muliebris an-
xia solicitudine, vista Prouincia-
rum querelis, litteras composuit ad
Regem, in alta affueratione con-
firmans quietas Prouincias esse, &
fœlici pace concordes; procul amo-
ueret terrorem armorum, ne in bel-
lum male securi excitarentur repre-
sentatione pœnarum: sororis etiam
consuleret famæ, ne crederetur Rex
eius iuvidisse gloriæ, quæ obsequio
fratris dedita, non leuem famæ ti-
tulum obtinuerat, per labores suos,

& industriam Belgio pacato. Alba-
num quoque milis nuntijs tenta-
uit non ignata, virum summa audo-
ritate & imperio in se cuncta tra-
cturum. Sed Dux egregie constans,
Regis voluntatem obtendens, sex-
to Idus Iulij castra mouit, Serbel-
lione, & Francisco Hibarra præmis-
sis, illo, ut castris designaret locum
hoc, ut alimenta contraheret. Ipse
cum Neapolitana legione, & qua-
dringentis equitibus arduum explo-
ratus Alpium iter, primam aciem
eduxit. In media locauit Ferdinandum
cum legione Insubrica, & quin-
gentis equitibus ; hic belli instru-
menta, & commeatus vehebantur.
Ultimam Vitellius cum reliquo le-
gionum, equitum que agmine cu-
nus ince-
rabat. Sed cum terra infrugifera, &
emoriens non sufficeret simul exer-
titui alimenta dare, nec propter iu-
ga, & prærupta montium saxa, se-
quisque impeditos arboribus lice-
ret ea plaustris inuehere ; simul ve
exercitus diuisus minori cum mo-

*Agmī-
nis ince-
dētis op-*

tu prouinciarum, quas attigisset, penetraret; secundum agmen noctem in castris, quæ prius omni reliquisset, iussit agere; tertium deinde succedens, signa inibi usq; ad meridiem figere, eodem semper tenore teruato. Sic iugis Alpium transiens, quarta decima castra ad Montem floreum in Sequanorum finibus posuit. Hic ex iuuentutis robore equites quadringentos elegit: & ciues ante omnes mortalium fide erga Hispanos, constantia, & amore præstantes maiorem equitum numerum, & duas legiones obtulere cum suis opibus, & infinita voluntate. Dux redditis impensius gratijs, & usuram se in tempore eorum benevolentia promittens, sub fianc Augasti intravit Theodosii-villam nulli finitimo infensus, à nullo provocatus: licet Tabanus Tribunus Caroli Regis iusu inhærens lateri commendantis exercitus, per Galliæ limitem cohortes ostendisset armatas. Evidem inter omnis me-

Theun-
villam
Alb. in-
greditur

mo-

mortis annales, & rerum scripta
 monumenta inuenimus, non alium
 exerceitum parti modestia, & concor-
 dia tantum confecisse iracoris, nul-
 la vi illata agrestibus, nec ob oculos
 incurvantibus armatis, & gregi-
 bus. Quo esse etiam est, ut nemo pa-
 cem eius lacesteret, causis iræ sub-
 motis; nullo milieum auso ad præ-
 dam manus extendere, præter equi
 testres, qui totidem verueces ausi
 abigere, destinati sunt ad capitale
 supplicium. Sed quæstissimis pre-
 cibus Ducis Lotharingiæ legati,
 qui eius nomine Albanum saluta-
 turus occurrerat, est datum, ut ia-
 sta militari forte, eorum duo pœ-
 nae eximerentur: nec a leam temere
 regente fortuna, comprehensus au-
 tor sceletis, dedit innocentiam cæ-
 teris, & exemplum, qua severitate
 inclitus ille Dux transigeret mili-
 taria flagitia. Belgij fines ingressum
 Carolus Barlemontius Namurci
 Praefectus, & Hannoniæ Philippus
 Norcarmius, plausu militari salu-

*Eius dis-
 ciplinas
 militari-
 ris,*

*Et sene-
 tias*

tantes Austriacæ nomine; postula-
vete, qua auctoritate & imperio
armatus ad Prouincias accederet.
Dux ubi satisfecit, ostendo regio di-
plomate, officio certans misit ad
Gubernatricem cum mandatis Frā-
ciscum Hibaram. Is salutatione, &
munere legati perfactus, esse de
Majestate venturi Regis restatus,
urbem principem armatis teneri
cohortibus, eas per suburbia, & pro-
ximas ciuitates ex praescripto Alba-
ni distribuit; frustra Gubernatrice
clamitante, se laedi. Comes Alber-
icus Lodronius in via exceptrus cum
quatuor Germanorum milibus An-
Austria- tueriam obtinere fuit iussus. Alba-
cum inui- nus postquam securitati consuluit,
fit. magna nobilium frequentia comi-
tatus in Gubernatricis aula invenit;
eamque cursim veneratus, deduci-
tus in Collemburgi Comitis ædes;
vbi præparatum erat hospitium nō
sine destinatione coelesti, vt ea pri-
ma errorum sedes exciperet vindicem.
Sequa die ampliori comita-

et rursus adiuit Austriacam. Illa va-
letudinem quoque aduersam causa-
ta; aut quia ita erat; an quia mulie-
bri vanitate credidit suam augeri
dignitatem , & Ducis imminentem,
eum aliquantulum coegit obserua-
re limen: & credebatur offensam
Ducis festinatione, cui ille die pro-
ximo itineris iactationem, & vale-
tudinem adhibuerat causam , eadē
excusatione voluisse uti Margari-
tam. Albanus inania , & leuia præ-
teriens, vbi admissus est , arbitros
sermonis amouit. Tunc Austriacæ
omni honore seruato , amplissimā
à Rege datam potestatem osten-
dens, significat concessum sibi, bel-
lum atque arma ex arbitrio tracta-
re; arces urbibus, & magistratus im-
ponere; prouincijs quoque, si ita re-
rum, & belli usus exigeret, nouos
date Præfectos : alia denique per
muita in scriptis habere , quæ eam
Rex ignorare voluerit, vt esset illa
extra inuidiam & odia populorum,
quos rectura erat (ita vellent Supe-

Potestas
tē sibi à
Regedā-
rā offens-
dir.

tri) diurna felicitate, & gloria.
 Austria, Austria intumescens ira: Ergo
 ea offen- Rex, inquit, fidum magis inuenit, cui
 ditur. tradat salutem Belgij. & arcana conse-
 lia. Gratulor; & gessio, (sic me Deus
 amet) tantam illi esse virorum copiam
 quis ororem officio, & charitate anteire
 credandur. Nos autem iam fastidiosus-
 mus, & viles praterit, quibus negas
 consilijs copiam facere. Quid ultra iam
 in Belgio expectabimus, nisi ultimum
 contemptum, & pudorem? Tibi crux,
 viri, & urbes sunt data; nimis nō
 b̄s agros, & sacratos lucos amanit et
 reliquit. Tu igitur, & ciuiles curas sus-
 cipe; iura, leges inuade, & cuncta mis-
 ce armatus bellī terroribus. Albanus
 eam mitigare oratione accomoda-
 ta sexui muliebri; polliceri obse-
 quium, nihil ea inuita, ant non iu-
 bente facturum; se famulum addi-
 etissimum eius Celsitudini venisse:
 causas etiam indignationis in glo-
 riā, & fauorem Margaritae, in
 amorem constantem Regis flecte-
 re: iam Caroli V. filiam, iam Regis
 p̄q;

potentissimi sororem, Dominam, Gubenatricem crebra appellatio-ⁿ dicendo, animi situantistimbul-
tum sedabat, omni vanitatis vltis-
illecebra, qua sexus ambitiosus ca-
pitur. Sed Austriae digna patris
cogitans exerat virtus muliebria, q.
satis aduersus inania constans, &
magna luce rationis instructa. Ita-
que violenta contumelia dedit pro-
tinus ad fratrem litteras, exigens
inter frequentes querelas, tot post
annos inuidiosæ & arduæ gubernaz-
tionis exactos tandem Belgio exire
liceret, cuius laborem, & onero-
san curam semper valetudini suæ,
nunc demum honori, & estimatio-
ni, quod nunquam sperauerat, no-
xiarum esset experta.

*Et mis-
sione pe-
tit.*

14 Albanus, cum Austria Egmont^{am},
cam mitigare non posset, excedens rium,
aula, se in hospitium recepit. & Horna-
dies aliquot publico abstinuit: si-
mulansque de industria grauem va-
letudinem, palam clementiam of-
tendit, ut tuius Rebelloe fallens,

Q 3

Albanus,

siogula flagitia dignosceret. Fœderatorum etiam nobilissimos, quos miserrimos fecit vana fiducia, in conuiuia, & liberales sermones gratus ad misit: eorum mensas domusque, quamquam inuitatus, timens prodi vitavit, excusatione vltus, corpus adhuc invalidum non tolerare intempestiva conuiuia; & Regem indignè laturum, amitorum Præfatum permixta voluptate, & licentia corrumphi. Ergo scelerum causis & incendijs spirantis initijs recognitis, Regis imperio, humana diuinaque instantे fide, & gracilante flamma, capita rebellionis statuit absindere: ut reliqui facti debiles, & exemplo territi, trancum velut corpus, caderent; & amissis ducibus, sponte ab scelere, & obstipulatione desisterent. Fridie Iudas Septembbris, Procedibus in Senatum accitis velut de pace, & fine discordiae actris, Anarex Salazari, & Ioanni Sputio mandat, Cacembrotium Egmontij secretorum arbiterum, fœde-

deratorum conscientias in consilio habentem caperent omni fide secreti. Sanctio Londonpio, & Comiti Albertico committit captivitatem Antonij Stralij Antuerpiæ Consulij. Is iam stimulis conscientiae impulsus, in carra onusto mercibus occultans fugani capitur. Hoc stratanum Comitem aduersa, tunc foelix valetudo eripuit instantibus faris. Etenim ob animi prægientis metum, & corporis agitudinem tardius ad imperiale mouens, nuntiato in via casu sociorum, fugam celeriter ad Germaniam intendit: ubi assumptus ab Orangio fuit i*a* belli sociorum; qui ut ceteros prauitatem, & solertia anteibat, non potuit suis artibus vinci. Interea Albanus medius inter Proceres de concordia ponenda, & mouendi contra Orangium armis agebat innegens moras, & protrahens consultò sententiam, donec à centurione est admonitus, perfecta esse, quæ iusserrat. Tunc solato concilio assar-

gens, Egmontium in secretiorem
wädium partem euocat, velut ei ar-
cana magis crediturus. Vbi centu-
riones aliquot cum Sanctio Auila
se ostenderont armatis. Sife, inquit
Egmonti gradum, armaque trade Re-
gis nomine, qui custodiri ce iubet. Ille
inopinata rerum mutatione confu-
sus, collecto paucis per animo, gla-
dium strenue tradens: Pono, inquit,
ferrum, quod non semel patriæ, & Re-
gis hostiam vindicem inimico sanguine
intepuit. Sed iam inspice Albane, nefor
sem cum pudore te coactum videoas, &
ferrum mihi, & libertatem reddere, ut
Belgium, quod à me turbatum credis
esse, componam. Hæc dicens, vultu in
serenitatem explicato, nulla cala-
mitatis suæ facta mentione, de re-
bus lætis cum custodibus sermones
amicis conseruit. Tanta fuit illi vi-
ro constantia, vel adeo certus gra-
tia, & charitatis ciuium agebat, à
quibus certè patentis loco Egmon-
tius amabatur. Eodem momento
temporis Hornanus Comes Belgi-
ci

ei maris Praeſectus à Ferdinandō
Toletano extus armis Hierony-
mo Salinæ fuit traditus: & uterque
profinus deferrut in Gandavensem
aream iam munitam Hispano præ-
ſidio. Obſtupebant singuli, & vni-
uersi, fatali horrore turbante: mæſ-
ta ſimul vrbe, & attonita, inquies
populus per vias incurrens, non co-
ſistere poterat, nec opem ferre au-
debat captis; hinc metu ex Duce,
inde Egmontij amore in diuersa
trahentibus. Sed nullus erat teditio-
ni aditus, cohortibus Hispanis per
vicos, & fora dispositis: equites ar-
mati tenebant campos. Sanctius
Auila Prætorij Præfectus ædes Col-
lemburgicas, & capita viarum den-
ſo milite intepſorat. Inaneſ tam en-
ciues effundentes queſtus, qua do-
lor raperet, & inconsultus pauor,
tanquam amissio duce ferebantur
diſiecti, nimiam eius fiduciam in-
cūſantes, & approbantes ſimul Orā-
gij ſolertiam. Qui fertur Brabantia
excedens, dicenti Egmontio, cum
per

pèr vasta exilia fugientem, suplicē,
& egenum teleraturum multorum
superbum fastum, respondisse: *sam*

Orangij abeūtis de Egmōtio p̄s sagium. *mideo Egmonti, ingentia mihi exilia patere, & que ultimo pati possit extra finum patrie ciues infelix: nec minus acerbum solatium subit animum nostrum, te, G. reliquas vestras sorti destinatas tunç demum cōsiliū mei spreti rationem reddituros, cum non detur p̄enitentiae regressus.* Ad hæc, irrideas Egmontius: *Erit ergo mihi sine opibus exul consanguineus.* Et alius mihi sine capite truncus, respondit Orangius, qui tcelera patrare, & eorum magnitudinem nouerat. Nec destitit per emissarios, & litteras monere Egmontium, eligeret potius exilium tutum inops, quam diues patriam male securam. His Eg-

Vnde Egmontio fiducia, Omnia de cause discessu amici turbatus, callidæ Orangij menti senum imminens, altiorum in esse coniectans, vibrato animo inter merita ingenititia, & paria facinora, astu lauo diuisus

uisus cogitabat; an clementia Regis, an crederet Orangij formidini. Hinc tristia exilia, egertas, & durilabores occurserant; quæ si ipse toleraret vitæ fortis, arduisque bellis exercitus, coniugeis, & liberis, plerosque vix egredios infantiam utique non toleraturos: cogite, & trahi, ut famæ, dignitatis, opum, & quietis facta iactura; vitæ quoque non vitaret discrimina, belli fure, & Maiestatis violatae frequentibus Hispaniæ fugitium. Nec multum tindendum esse Orangij promissis, qui ut testus, & difficile, ita fata ma-
piditate ardens, parens, ne dum superiorem, si bellandum esset, comitem habere fastidiret. Inq' rursus immania sclera agitata certè, non tam perfecta obuersabatur oculis, sed quæ in flagitia extrema plerosque compuerant nota illi mēs Regis in iūspicione prona, & dominationis obseruans; integritas Albani, & Hispanorum in vicinie-
dis criminibus Maiestatis & reli-

gio-

132 *Ferdinandi Toletani Vir*

gionis severitas. Non dum tamen
se tanto Seclere credidit esse con-
persum, quod precibus Austriacæ,
& meritorum bona recordatione
expiari non posset. Hos inter com-
pugnantes fluctus iactatum Comi-
tum liberorum, & coniugis dulcis
amor, patris desiderium, Guberna-
tricis studiosa promissa, obliuio sce-
lerum, memoria virtutum, sibique
spes indulgens, & coelestis destina-
rio vicere, ut mallet Regis experiri
clementiam.

Itinerarium Albanus re egregie con-
missio- fecta, Mansfeldum, & Barlemon-
ue petit tium Comites ad Austriacam om-
Austria. nium ignaram misit excusatoros si-
entium. Nimirum sic a Rege in
mandatis acceperat; ut quando es-
set è republica quidquam censi
severius, inconsulta sorore perfice-
ret; quam extra inuidiam, & peri-
culum amabat stare sepositā. Aus-
triaca vix animo ab indignatione
compresso, ne male sani affectus
crimperent, nullo responsō dato

Comitibns, Machiauellum protinus cum litteris expediuuit ad Regem. In his à Duce gestis relatis, nec indignans, nec ira capias dissimilans, orabat instantius absoluī Belgij Præfectura; in qua nouem annos retenta, aduerso regionis cœlo afflita, commorari diutius non posset sine certo vitæ discrimine. Curis tamen civilibus adueritens animum, negotiatores, qui mercibus collectis, Belgio agitabant excedere, seuero edicto admonuit, & desertorum poena contumaces affecit. Regis Gallie legatum aduersus hæreticos, & perdueilles bellantis auxilia poscentem, Alba-nūm iussit adire. Dux arrepta occasione mactandi, Austriacam non visitato tempore invisens, cum festinationis caulam sollicita illa rogasset: *Imperium tuum, inquit, detulit Insignis Gallie legatus; sed incertus sum, an Alb. co-ownes, an copiarum partem mitti iug. mitas, beas auxilio. Hispani comitate delectata, sc̄ iussisse nihil; imò armorum*

rum cutam penes se nō stare legato significasse, respondit. *Hec, inquit Albanus, contumelia insignis est animo nostro, quam ille deuotus tue Celsitudini certe non meruit.* *Me Philippus armis supremum ducem imposuit;* & libens munus accepi, ut quo maioressem, tanto dignius obsequium tuae magnitudini offerrem. Nec aliter fides nostra, & amor potuit cogitare, nec sine criminè à filio Casaris veneratione discedere. Itaque non antea Belgio armatum extrepermiccam, quam tuam voluntatem certus nouerim: omnis enim fauor tua dextra beneficium erit, & omnis poena mea vita periculum. *Vita Austriaca elegantia viri, redditis pro obsequio gratijs ne recusare honorem insensa videretur,* gratum sibi fore valida auxilia dari significat. Non cunctatus Albanus, Regi & properantior factus nuntiato Regis periculo, (qui et si Condeum, Gallie & Colinium prælio fuquerat, clarissimis suorum ducum amissis, maiorem cladem, ac si extra co-

tum

rum funera vicitus esset, acceperat,
 & hæretici contractis è Germa-
 nia auxilijs, grauiori rursus mole
 premebant) duo millia, & quingen-
 tos pedites, mille, & quingentos
 equites cum pecunia misit, Comi-
 te Arembergio ductore : qui stren-
 uè, & fœliciter multis pugnis exa-
 citis, in Belgiam conuertit signa, la-
 turus opem Duci, iam in eum ar-
 mata Germania. Sed Albanus af-
 sequutus, gratum Regi suo, & sibi
 egregium fore, Galliæ quoque reli-
 gionem, & nomen quoque Maiest-
 tatis lapsum tueri, se ipsum expedi-
 tionis ducem obtulerat ; promit-
 tens cum milium quindecim pe-
 ditum, & quinque equorum mil-
 lium exercitiū, dies triginta loca-
 torum operam suam amico, &
 Christianissimo Regi, At Caro-
 lus viri magnitudine territus, non
 ausus est cum intra regni fines ac-
 cipere; ne ab Hispano urbibus mu-
 nitis occupatis, se forsan nouis ar-
 mis induceret. Quippe inductus

Et se ob.
 tulit di-
 ce belli.

336 *Ferdinandi Toletani Vitæ*

est eo argumento sapientum; non ita de intellina ciuium seditione. Principem debere esse sollicitum, ut externum validumque hostem amicitiae societ intra regni viscera acciperet: imò illum prouocare inter remedia seditionis habendum facilius enim ciues, si externa vis ingruat, ad patriæ, &c libertatis nomen coeunt armati, fortunis suis, & penaribus ab hoste timentes. Sed etiam Albanus hac in causa nouum argumentū ostendit, cum duces pecunias, quæ modo petebantur, non militem dandum esse censerent. Et ad nouens rationem consilio præstantius esse respondit, & militem, & pecuniam dare bellanti: nam inde accrescit beneficij gratia, & paratur securitas fidei; quod si ab hac socij defecerint, non modò licet se facere ab iniuria fecerum, sed etiam arbitrum rerum; si per suos milites urbe valida obtenta, metum his spem illis inducat. Præterea qui in otio alendi sunt mis

milites inter urbiā vitia degeneres, periculis alienis, & sumptibus nostro bello firmantur.

16 Inter ea Machiavellus cum Regis ad Austriacam litteris ex Hispania redierat: quibus discedendi via concessa, traditōque Daci Belgij Praefecturæ diploma-
te, pridiè Calendas Ianuarij (in fine erat annus sexagesimus septimus) Brussellis egreſſa est Margarita, omni nobilitate usque in fines Bel-
gij comitante; & nullo a Duce præ-
termisso obsequio, quod Cæsaris
filiam, & Regis sororem addece-
ret. At postquam reverens est ex
comitatu Austriacæ, protinus ve-
nit Antuerpiam; arciique loco assig-
nato, & urbis muro eam spectante
iuxto conuelli, Serbellionem tribu-
num, & Patiotum machinatorum
ibi reliquit, qui ducentes opus ad
lineamenta præscripta, muros vali-
dos, & propugnacula imponerent.
Ipse Brussellas rediens, constitutio
duodecim virali Senatu, ad dicen-

Margi-
rita Bel-
gio disce-
dit,

dam Maiestatis causam diem præscripsit Orangio, & cæteris è Belgio fugitiuis. At cum statuto tempore clapsi, nullus appareret; precesque, excusationes, & minas circumferentes per Germaniam Orangius, & Hocstratanus negarent, quempiam ex equitibus Aurei Veleris, Sodalibus in consultis, posse damnati, utrumque, & Collemburgicum, Bergensem, Broderodium, Nassauios fratres, aliosque Dynastas criminum manifestos, & exiliij comites, pronuntiat læsisse Maiestatem: eorum bona proscriptibit: Bredæ præsidium imponit: Guillielmum Orangij filium Buræ Comitem, nondum pueritia egresum, quem pater Louanij studiorum adornata causa, suæ fugæ obsidem, & securitatem reliquerat, Hispaniam adferti curauit. Quod grauiter Orangius conquestus spallam, ab innocentia filij suo sceleri miserationem concitatus, verè læsus accepit: nimilum si aduersæ res

pres

Fœderatorum bona proscriptibit.

premetent, esset superstes filius; in quem innoxium, & moribus Hispanis educatum forsitan Rex amaret ostentare clementiam: si autem prosperis euctus dominus securitatem, & potentiam fundaret, hereditatem suam fortanæ haberet Mauritium patru minorem. Incæpta rui-
na est à Collemburgicis ædibus; quas super excisas causam in mar-
more exprelsit: *Ea in area Florentij Palantij domum solo æquatam fuisse,*
regnante Philippo II. Duce Albano
Belgium gubernante, ob execrandam
memoriam natæ ibi, & adultæ rebellio-
nis in Deum, Regem, & patriam. Bel-
gæ miti, & muliebri assueti impe-
rlio, cum asta intuerentur, quæ cre-
diderant ausurum nunquam Alba-
nūm, attoniti, & suspensi de exilio,
vel laqueo cogitabant. Orangius
cessans nunquam, in eum, quem
vindicem prætensis scelerum, ita-
rum, & inuidiæ causas cumulando,
Batauis, Frisijs, Germanis suade-
bat: Albanum intuentes cum tor-

Demolit
tur Col-
lemburgi-
cas
ædes.

Civium
terror.

260 Ferdinandi Toletani Vita

uo supercilie confundere ; rabida
eruptione vocis, maculata , horri-
daque facie , & micantium oculo-
rum lumine terribilem in commu-
ni ciuium odio versari : ac velut in-
ferna monstra poeta: olim populis
ignaris in theatro monstrabant , sic
Albanum ex animo suo fingebat:
tumidum ira , & furore , incendijs
armisque vtricibus fætum ; rom-
pendum eius peccatis esse , ni in flan-
mas , & cladem generis humani pro-
rumperet: intelligerent ergo qualis
esset mens , cuius adeò fœda , &
tristia essent indicia. Eadem cæte-
ri exules multa cum inuidia fremes-
bant apud hæreticorum auses pie-
tati , & religioni Ducis intentas.
Quæ quidem retuli cum volupta-
te , ut manifestum darem , nullum
virtuti , cœlo , & Regi Catholico
Impium indixisse bellum , qui non
eadem causa , & tempore se hostem
fateretur , & inimicum Albano. Sed
Orangius adhuc fallendi artes in-
gendens , dum his Germaniz popu-
los

Ios iam præsens, iam per emissarios
 accedit, apud Cæsarem, & Augus-
 tales Septemvirois agebat precibus Cæsar
pro Belgis intercedit,
 de finienda discordia. Cæsar Impe-
 rij tributarips de Malestata ratus es-
 se tueri, ad Regem, & Albanum de-
 dit litteras officiose petens inter oc-
 cultas minas, ut indulgerent lapsis,
 & suppliciter veniam reperientibus
 antequam pro Belgis se moxerent
 arma Germaniæ. Philippus eò cōf-
 tantius agens, ne videretur timere,
 ad legatum suum integrum cogni-
 tionem causæ deuoluit. Is Regis
 voluntate comperta, nec erat inue-
 nire difficile, respondit Cæsari: In-
 nocentes non esse locum, nec nocentibus Respon-
det Alb.
 veniam, ni prius fugitiui ciues, & son-
 ges ad dicendam Maiestatis causam, po-
 sita contentione venirent. Neminem
 posse absoluiri, qui minitans, & sceleris
 armis augens, & protegens iudicis acta
 contemneret; nec decere eos dimitti, nisi
 Principis clementia freti veniam sup-
 plices, & confitentes crent. Quod si in
 Hispania Regem conspirent armæ Ger-

262 *Ferdinandi Toletani Vitæ*
manie, & vires esse Philipo, & du-
cem, qui non semel de eius potentia
triumphauerit. Nam constanti de-
nuntiatione vtrimq[ue] in rabiem
actus Orangius tremens, & delpe-
rans, ad Principes, & Delegatos vr-
biu[m] conuentum celebrantes se
contulit. Relatisque coram iniurijs,
& Albani, quod sauitimum
dicebat, imperio, adeo cunctos ora-
tione inflammatu[m], ut arma pio-
nas, & inferendo bello necessaria

**Princi-
pes Ger-
maniae
in arma
Orâgi
conciitat** promiserint. Primus Lanzgra-
uij natu[m] maximus filius ob captiu-
tatem patris; Augustus Saxo Sep-
temuir, V Virtembergensis, Palati-
nus, & Hazemburgicus ob ingen-
tia beneficia, vitas, opesque datas
infensi Hispanis; Danus quoque
Rex, & liberæ ciuitates septemde-
cim, omnes in odiam religionis
arma, equos, viros tanto conatu
movebant, vt hoc bellum Germani-
cum dicendum esse contendere-
rem, nisi in Belgio Europæ gentes,
& opes concurrisse videbent. Ergo

In Albanum vndeque hereticorum
ardua moles incubuit, quorum im-
manes vires atque opes unus in eo
Martiis campo funderet. Dux Baba-
ras in Deum pietate, in Austriacam
domum amicitia constans, tam la-
cilego foederi recusauit adesse. Sed
nevus vacaret in communis dis-
cordia, orauere Germani, quando
gratissimus Hispanis ille esset ami-
citiae iure, minas Principum ad Al-
banum, & vota deferreret. Dux pre-
cibus auditis, quibus recordatio bo-
nae societatis dignationem augebat
ad Babarum dedit blanda responsa,
ne illum intempestiva asperitate
alienaret. Verum cito nuntiato,
per Germaniam haberi delectos, Flissin-
frustrari se artibus lempicas, verso ge, O
animo, & consilio ad securitatem Gronin-
parandam, Flissinbergensem, Gro-
ningensemque arces strenue perfi-
ci instabat. Antuerpiensi vero cœ-
teras mole operum excedenti Ser-
bellion, & Paciotus incubuerant
folliores ac militem labore assiduo

fatigantes. Instructa hæc in pentagoniformiam quinque propugnaculis clausa ad superiorem Scaldis ripam sita iugum dedit Belgis, nobis præsidium. Non pauci cum sua ætate modo viuentes, ea intuentes quæ sunt deinde sequuta, arguunt Albani consilium. Arx enim posita in inferiori ripa aduersa Batavis, urbem, & commercium amnis protegeret. Sed ea tempestate, qua exstructa fuit, non Brabantiam minus, quam Bataviam, & Zellandiam tunc mere debuit Albanus: nec quæ deinde æterna prouidentia regeret potuit dirinare mortali. Verum etiam humili in ripa fundata, si Autripienses deficerent, spe auxiliij penitus destitutam eam facilius obficeret hostis, & premeret. Quippe Scaldis alucus pronus in humiles campos Batavæ coeretur aggeribus manu positis: quibus dirutis, & lamne campis infuso, indeditionem fame compellerent.

*Prodi-
gia.*

17.

Dum his terroribus

im-

imminet armata Germania , cœ-
lum quoque, & natura irarum por-
tenta dedere. Natus Infans in agro
Leodiensi biceps , quadrimanus,
quadrupes , ingens argumentum
his, qui sunt otiosè sapientes: aliud
nimis Belgij caput, monstrosofa
fœdera, continua exilia , & fugas,
odium naturæ, & patriæ , & valida
Germanorum arma ostendidice-
bant. Coruscantes in cœlo facies ar-
dere sunt visæ , sanguinea vexilla
fulgere, auditus tubarum clangor,
armorum se oppugnantium soni-
tus, & cadentium lamentabiles ge-
mitus. Turbatos his, & timentes
ruris Mecliniense concussit incē-
dium. Nitrati namque pulueris in-
censis molis, quamvis intra breue
damnum stetit clades, terror vas-
tusque acris commoti fragor in
omnem se Brabantiam extendit.
Albanus assuetus spernendo fortui-
ta, cœlesti ab ira mentis innocen-
tia defensus, muniebat se solitus
contra arma mortalia. Et enim Fœ-

*Fœderat
uinter
seprovin
cias diui
dant.*

derati vno impetu Duce m oppres-
suri, inter se Provincias diuiserant.
A Gallia Villersius, & Duius No-
hotij fratres, iunctis Germanis
equitibus à Condæo dimissis, &
aliquot Gallorum cohortibus, Ar-
tesiam parabant irrumperem. Frisia
cum septem peditum millibus, &
duobus millibus equitum attribu-
ta est Ludouico, & Adolpho Nas-
sauijs. Hocstratae Comæs, & Lu-
mæius à Marchia, cum tribus mil-
libus peditum in arma clebant Bra-
bantinos, multorum ciuium fide
corrupta. Ipse Orangius cum ma-
iori mole sequuturos, Brussellas si-
bi, & opulentas vrbes destinabat;
haud dubia hæreticorum spe, satis
Instructos Fœderatos esse, ut debel-
larent Albanum. At ille impavidus,

*Hocstra
tanum,
et La
shem
fundit
Sanctis
Auila.*

aliter virtute ipsius ferente sententiā,
Hocstratani irruptione nuntiata,
Sandium Londonium iubet cum
legione Insubrica Traiectum ad
Mosam innolare: & Ferdinandus
Toletanus Lupuri Acuniam mi-
serat

ferat cum octo equitum signis, ut
 Leodiensem agrum ab incendio, &
 Germanorum irruptione defende-
 ret. Sanctius Avila, quem Dux huius
 expeditioni præfeccerat, cum explo-
 ratores attulissent hostem, frustra
 Ruremunda tentata, Dalenam iux-
 ta consedisse; menor sui Impera-
 toris fortunæ, & quam magna eius
 virtuti deberet, Rura amne trans-
 cens, Germanos acer invadens, in
 fugam protinus vertit; insistensque
 victoriæ, tuentes le Dalenæ muris
 fuso in orbem equitatu circumdat;
 verienteque legionis robore, Ger-
 manos dato impetu cædit, & capit
 oppidum omni copia armorum re-
 ferrum, quæ instruturus rebellan-
 tes ciues Hocstratanus intulerat.
 Hic cum Lumæio, & paucis fugæ
 comitibus se in Germaniam rece-
 pit. Sanctius non leui gloria potitus
 nouem militaria signa, illustresque
 captiuos reduxit ad Albanum: qui
 amore paterno excipiens, su nimis
 que laudibus efferens viatoriem, ad-

monuit Regem citis nuntijs: à quo iussas est iterum , nocentium cædem, bellum nque strenue perficere. Hac in pugna qua quorundam omni no Hispani cecidere ; cum occubuerint quingenti supra duo millia Rebelliū. Nec dispar fortuna fuit Megani Comitis Grauiam à Fœderatis captam obseruantis. Eodem ferme tempore Cocquieilius, qui Gallorum sex millibus iunq; is, sociatus cum Hocstratano copias,

Cocqui- Artesiam improuisus inuaserat, fa
millium sus, & captus est à Cosszo tribuno superat, missō cum manu valida à Carolo capitq; Rege. Lut etiam delatum veriusq;
Cossans. Malestatis hostem iuulsit affici ex
tremo supplicio; sic perduellis san
guine amictiz, & fidel datæ sancta
iura confirmans , ob Arembergi
cum in Galliam cum auxilijs foeli
citer missum. Is ea tempestate Erl

Puditus si x Praefectus aduersuai Nassauos
acie, & fratres prouinciam tuebatur. Hi
ceditur vero exercitibus venturis molien
Aréber. *ad idem*, y *Vedam*, Damnum,
gicus.

Dec

Desalzumque castella tenebant,
cum septem peditum, duobus equi-
tum millibus Erlios campos vren-
tes. Arembergicus cum modica
Germanorum manu, Sardoaque
legione, & trecentis equitibus, qua-
uis impar numero ad Dularum si-
num sese incunctanter opposuit. Et
Damno, quod tenebant tria hostiū
vexilla, expugnato celeriter, ibi cas-
tra fundabat, Meganum expectans,
quem fusu Albani cum exercitu
suo appropere nuntij retulerant.
At ferox prima victoria miles, cun-
dationis impatiens minis, & con-
sumelij exegit a duce pugnā, iam
victo arrogantia, & temeritate suo
rum. Instruata igitur acie, Hilpani
inuadunt hostem munitissimo se-
loco terentem: sed ubi induere se
cæcis erroribus, inter vligines, gra-
uesque cæno campos intali cade-
bant. Arembergicus in rebus perdi-
tis credens irritandam esse fortu-
nam, equitatum obiecit hosti ea
parte virium maximè præstanti. Ip-

se vndeque clausus , & oppressus ,
aliquid nobile editurus facinus ,
Adolphum Nassauum acerrimè
pugnantem inuestus , equo præci-
pitem fudit exanimum . Sed Co-
mes , equo etiam amissis , mali scō-
fossus vulneribus , à suis destitutus ,
agresti vailo subdeficiens corpus
applicuit : nec ante à se capi , aut ex-
poliari permisit , quam telis vndiq;
iniectis , moribundus in arma pro-
cumberet . militiæ artibus , & ciuili-
bus clarus Arembergicus : Deo , an
Regi fuerit magis fidus incertum ;
cum cum religiosissimè , hunc cōst-
tantissimè tot inter gentis suæ er-
rores coluerit . Dignus ille profectus
qui magis lætum suæ fidei testem
dedisset . Hispani non leues arrogā-
tia exsoluere poenas , quingentis
amisis & nobili centurione Alua-
ro Ossorio ; quem ad nodum iuue-
nem è paterno sinu Albani , & glo-
riæ amor abduxerat . Duo Germa-
norum millia , qui Hispanis vias ,
arma posuere , in patriam dimisit

Ludouicus: omnique instrumento
belli, & impedimentis potitus, non
ausus est sequi victoriam territus
inaniformidine. Andreas Salazar
erat, qui speculatum cum ala equi-
tū milius fecit hosti speciem Mega-
ni venientis auxilio. At is, clade *Ludoni*
nunciata, cum equitatu precedens, *ci immi-*
nitas.
victi exercitus reliquias coegit ad
signa. Nec dubitans quod præmiū
victoriæ esset petiturus Ludouicus,
mille Hispanos celeriter Gronin-
gam iussit adire. Sed Ludouicus in-
terim immanitati lux indulgens,
ducentos Hispanos captiuos mili-
tum saevitiae concepsit. Huius insti-
ducis agitatī gratissimas inferias
infelicibus Adolphi vmbbris daturi,
truncis alligatos in lucibrium gen-
tis, & odium religionis telis appe-
tebant. Autores habeo, qui tra-
dant vitam, & libertatem ciblatā, *Hispa-*
ni Romanam abiurarent fidem, norū cōf-
constanter ab Hispanis fuisse re-tantia
glestam; & hinc iris assurgentibus, fælix,
perfidos homines eos in tormenta

373 Ferdinandi Toletani Vita

rapuisse. Fælices quidem dicam, & victores ex victis redditos, quibus contigit pro religione cadendo, diuinæ testes esse victoriarum. Hoc munere elaborato, Groningæ copias Ludouicus admissit, quæ in dies augebantur, concurrentibus ad victoriarum famam Germanis, hanc incertâ spe, urbe immunita, & oplibus referta potituros.

Frisia
descrip.
tio.

13 Albanus non minori, quam par erat, solicitudine motus, urbi simul, & prouincia timens, mille, & quingentos equites Brunfusensis Ducis, vigintique cohortes cum Chiapino Vitellio, & Hieronimo Domino, Megano misit auxilio. Groninga est urbs Frisiæ clarissima, cui, si annalibus gentis adhibetur fides, nomen dedit conditor Grunius Troianus: idem ob memorem infelicitatis patriæ (que in Orbem tot errores sparsit victa, quo non dluisit Colonias Romanus Populus vicit) corrupto Frigiæ vocabulo, regionem Frisiam dixit. Allij

à Fri-

à Frigo nepote Sænis antiquiore
vetustate, & mendacio produnt
Frisorum originem. Olim Rheno
clausi Cymbricam ciberosum
fermè tangebant. In Orientales, &
Occidentales (qui nunc Frisij dicun-
tur) diuidit Amasius amnis, regio-
nem medium intersecans. Humile
solum est, & Aquilonibus patens,
mitiorum impatiens frugum; sed
frequentibus irrigui campi canali-
bus magnam armæti copiam alant.
Frisios Drusus Cæsar Imperio Ro-
manorum adiecit: eius filius Cæsar
Germanicus oppresxit rebellantes.
Multis dein iactati casibus, nun-
quam ferocia deposita, & amore
libertatis, mouendis seditionibus
Idonei auctores sunt habiti. Alba-
nus quanquam egregios duces mi-
serat, & robur exercitus, sollicitus
tamen, ne ex victoria properantier
Orangius Ludouico castra coniun-
geret, in Frisiæ statuit ipse moue-
re. In id consilium iubet Cheshire-
gum, muralia deccam, oculo campes-

tria tormenta Mechlinis educere:
Norquermium, in Sequanis equi-
tes mille conscribere; aliosque Præ-
fectos, ex Italib[us] equitibus, finito ci-
uili bello, è Gallia in patriam re-
deuntibus conscribere octo vexil-
la. Reulxi Comes, & Blandæus cō-
traxerant duas legiones VVallo-
num; quoram sex cohortes inui-
sens Antuerpiam Dux arc[us] p[ro]f[ess]io
di reliquit. Traiectum ad Mosam,
Flissingam, Gandavensem arcerū,
aliasque munitas vrbes cohortibus
firmat. Filium Ferdinandum cum
magna equitatus parte Dauētriam
celeriter expedit, quam vrbem ad
confluendum copijs indixerat; vt
alimenta pararet, & aggeresam-
nium, pontesque reficeret. Audi
enim assiduis imbris amnes, &
montium soluta niue, clauerant
vada; intumescentesque Rhenus, &
molibus superatis, aut victis, se Ba-
tauix, & Frisiæ campis affuderat.
nire no- Ergo nequid obstarerit securitatipro-
xios sta- uinciaz; Duceque, & armis alio dis-
tuis.

tentis, Belgæ seditionē moverent,
ut extraherent custodia nocentes,
eorum poenam exequendam esse
constituit. Amici eum, & duces a
tā precipiti sententia deterrebant: Contra
nūnulli
sentient,
Nihil timendum esse, dum Principes Belgarum tanquam fidei obfides habere in potestate: commotos vero ciuium clade, & fuso cruento incensos armas, iras, & ultima desperationis mala agitare ausuros. Meritorum temporum que vices distingueret: monstraret se ante victorem, quam Belgæ sentirent iratum. His ille digna Albano cogitatione respondit: Eam cautionem iudicis esse timentis: si bi non alia securitatis pignora habenda, præter arma, & conscientiam recti, animumque ab inermi simul, & armato meritas pœnas exigentem. Hæc expertis daturum arbitrium, ut eligerent, an propicium Hispanum ducem, an mallent noscere iratum: nec se cum flagitiosis ciuibus de securitate pacisci. Litteras quoque incerti auctoris, inter alios quam plurimos libellos, traditas Albano

*Respon-
det Alb-*

Litteræ
per eos
dies da-
te Alb.

magnis sensibus foetas inueni: qua-
rum notabilem sententiam redde-
re, nec ingratum duxi, nec sine fru-
ctu legentibus. Quamuis nulla in
nos merita effecerunt, Albane, ut mo-
neamus te discriminis instantis, & in-
famia; ne tamen obstinatio tua possit
ignorantia protegi, & tecum patria
bellis ardescat, his litteris certiorem fa-
cimus, precipitem ruinam imminere;
& tempus, quod fatis alienis destina-
tum habes, tibi instare supremum. Ete-
nim tuorum quos minimè credideris,
corrupta fide, in revenena parantur: &
quidem tristia, & valida arma iam
aderunt. Tu enim Belgarum lucem ex-
tinguere, amores, & communia vota
paras adimere, spiritum certè, & viltæ
nostræ gaudia depredari vulnera & eis-
fimo aggredieris, Egmontio, & Horna-
no ereptis clarissimis Belgij syderibus.
Ergo urbati lumine, ceci; sine votis
stolidi, sine spe audaces, sine vita, & li-
cis gaudio precipites, extremis dolori-
bus, & odijs agitati ruemus leti in
mortem, aut vindictam. Non iam te

ut iustum hostem insequemur, sed ne
maleficium percussorem ciuium, & ge-
neris humani tyrannum, non specie&li,
sed instincti rabie; non ut tucamur vi-
cum, sed ne inulta pereat; non intuentes
charissima pignora sed eorum desperata-
tes salutem, pro religione, patria, & li-
bertate pugnabimus. Nihil enim ar-
duum aut triste in exequendo vindic-
etiam occurrit moritaris. Repete me-
moria tot Reges, & tyrannos; quorum
alij inter securitatem, & laetitiam men-
se oppressi subito dedere gratissimum
ferculum; inuisum ciuibus sanguinem:
hos tristia iura, & leges ferentes popu-
laris ira diuisit in partes: illos Dijs pe-
natibus reddentes vota confecerunt suo
rum militum arma, quibus freatam
immania scelera audebant: sed nemo
eum fideliter diligit, cuius vita, & mo-
res placere non possint. Tutius est igi-
tur initia ipsa inueniri, quæ multa pro-
gredi oblitum, quantum à tergo insur-
gat crescentis inuidie. Omnia prius
adhibenda sunt corporifatiscenti reme-
dia, quam plasmam vim ferri admo-

ueas. Sic reipublicæ corpus egregiè curabis, si nemo percitat, qui salutem possit habere. At vero p[ro] decus omne, & lumen extinguit crudelis inuidas, Egmontio, Flornano, alijsque viris clarissimis, & iunoxys trucidatis, ea tantum de causa, quia amatur, & profunt quis tam hebes ignorat, eorum sanguine respersos Brabantia & campos, ruinis iam fertiles, veluti nativo humore, & irarum igne provocatos armis, incendia hostes, cadesque prolaturos? Tunc veniam, quæ injontibus negata est, nocentibus offres, cum nemo iam valeat à cui suu reuocare vestigia. Initia rerum sunt in arbitrio rationis; ultima nos rapiunt: nec in præceptis semel actum animatum, nec corpus retinebis; quibus addit vires ipsa ruina. Hæc Albane ad scribimus, ut agnoscas eadem in peccoribus omnium atque ore versari. His, & pluribus, quæ ipsis in aulæ portis figebantur, spretis, lunij Calendis in Arenario Brutellarum foro vnde viginti nobiles coniurati securi percussi sunt. Postridie comedem

Noxio-
rum cæ-
dem per-
ficit.

dem in loco Nohotij fratres cum duobus comitibus poenam subiere. Antonius Stralius Antuerpiæ Consul, & Calembrotius Egmontij secretarius, cum alijs minoris clatitudinis, non inferioris audaciae, Vil uordie sunt cæsi; omnes Duodecimuirali iudicio proditionis in Regem, plerique etiam in Deum impioratis damnati. Verum ut innotesceret clarissima innocentia iudicis, qui representabat ex iustitiæ amore, non gentis odio supplicia, Ioannem Spellium impigrum veuli gandis reis quæsitorem, & hibi per alias artes conciliatum gratia, Iceleris coniunctum iusit truncari; nullo fauore, nulla arte apud constantem, & religiosum virum potentiore, nuda æquitate iustitiæ.

19 Non us erat mensis ex quo Egmontius, & Hornanus attinebantur custodia. Interim nullum officij genus, nullas bellii minas nisi cedes omiserant aurei Velleris Sodales, liberae Germaniae ciuitates, & Au-

180 Ferdinandi Toletani Vie
gustales Septemviri, ut Regem, &
Albanum in misericordiam flecte-
rent; quorum etiam preces adiu-
uit Margarita. Ceteros tamen an-
teivit, ut proprio in dolore anxia
Maria Momorantia Hornani Co-
mitis toror. At praesertim affectu, &
lachrymis supra naturae potentiam
Sabina Babarica Egmontij conlux;
quam saeuior pulsabat dolor, & fa-
cies calamitatis horridior. Eius
supplex libellus à Margarita Aus-
triaca ad Regem in Hispanias miss-
sus altum firmumq; satis animum
contra inuidiam, & nocentium
preces, miserabili humanarum re-
rum specie turbauit maiorem in-
modum. Ille enim ultima necessi-
tate intercessuantis pectoris voces,
& tristissimam cogitationem ex-
presius, labore Egmontij, stipen-
dia exacta, victorias, merita, casus-
que ob eius Imperium toleratos
antumerans, fidem, iura, commer-
cia humanitatis, clementiam Re-
gis, coeli prouidentiam testabatur.

Mo

Mouerent generosum pectus tot
innocentium liberorum lachrymæ
& orbitas. Ne pateretur cum vnde-
cim liberis infelicitatis fecunditatis
matrem per Orbem circumferre
vltimæ calamitatis, & fortunæ
exemplum miserandum. Ne tot
illustrium ducum sobolem, quo-
rum multi pro gloria Austriacæ gē-
tis, aut in bello occiderant pugnan-
tes, aut steterant in acie viçtores,
Babariæ certè Ducis, cuius amici-
tia lætabatur, filiam, & nepotes ne
adigeret, supplici viçtu egenos, &
extorres vitam tolerare misseri-
mam, & ex paupertatis ignominia,
ira doloreque paternæ cædis omni
sceleri obnoxia. Adijceret ante pa-
tris neci matris, & liberorum stra-
gem; id vnum saltem innocentia
daret, ne viuendo noxij redderen-
tur, & mortis multiplici dolore pe-
rirrent. Hæc, & talia inserens episto-
læ, lachrymas, desperationem, que-
relas, rabiem pietati immixtas, vi-
golique affectus, & præsentes spi-
ran

rans flexerat Sabina ad intempesti-
uam clementiam Regem: ni acer
re uocasset languentem iram Cardi-
nalis Spinosa tunc gratia maximè
vigens, fortibus dictis, & causis, qui
bus nequiret obsistere Catholicus,
orationem latè confirmans. Nimi-
rum ille suo in dolore mitis iniu-
rias Maiestatis indulgeret, quæ sita
clementiæ laude; in Deum patrata
scelera, excisa templa, pollutas reli-
giones, auultas aras, truncatos sa-
cerdotes sine graui noxa, & infamia
præterire inulta non posse:
imò increpandam Ducem quod
exequens tardius imperia, prauo
humanorum metu in communem
statum cœlestem iram accenderet.
Hec dixerit, quod ita oportere sen-
siret, an ut Albano inuidiam, & pe-
riculum augeret, incertum habeā:
nec enim decet semper hominum
altè tendentium facta in deterio-
rem seatum torquere: quamvis ipsi
fraudibus suis, & suspicionibus ma-
lignè exercitis hoc iudicium de-

mor-

mortalibus mereantur. Albanus acceptis rursus imperijs, cunctabundus tamēo, quanta tete inuidia implicaret agnoscens, significari reis iussit cautam icelerum per quatuor menses a regio Quæsitore compofitam, quinque illis mensibus datis, ut defensionem instruerent. Summa accusationis fuit: Cum Orangio, & ceteris Fœderatis sociis seconfilia ut Rege, eiusque ministris exclusis, inter se Provincias diuiderent, vel iungarent in Republica formam. Ad hoc nimium spectare illa irridenda cuculorum insignia, & sagittarum pileis affixa, manticas è collo pendentes, missiōnem Hispanorum, & Grannellani è Belgio discessum. Incendiarios enversoresque templorum iussu Austriacæ cuspidiri iussos ad supplicium, eius voluntate interpretata maligne, restituuisse in libertatem, & nouas scelera, quæ eorum fauore agitata violentius per momenta erumpcebant. Teneramundæ interfuisse conuentui, ubi Fœderati decruecrant, Regem castris oppositis Belgicis.

Summa
accusa-
tionis.

gicis prouincijs arcere. Illos denique in
Deū rebelles etiā, & perfidos immiscuiſ
ſeſe ſaltē hæreticorum concionibus, &
illis gratas aures, opēq; dediſſe turban-
tibus. Quæ omnia multis indicibus
cōperta erant. His ambo reſponde-
re, multa in diuersum ſentum tor-
quentes, vniuersa inficiantes, quæ
violatæ Maieſtatis, & religionis
crimen vrgebant. Sed cum ea ne-
gare parum prodeſſe videretur, no-
ta omnibus, & luce clariora, tan-
dem Albanum iudicem recuſabat.
Quippe aurei Velleſis equites ca-
pite damnari non poterant, niſi ad-
hibito ſodalium, & ſententiā pro-
bante concilio. Tam futili argu-
mento non moratus Albanus, cum
crimina abundē paterent, & Regis
voluntas instaret, inuidiæ ſæue ſe
opponens, iuſſit comites ē Ganda-
uenſi arce cinctos Hispanorum ma-
nu Bruxellias adferri. Et coram
Duodecim virali Senatu, cui præſi-
debat ipſe, mortis prolata ſententia
Ipreniem Antiftitem ad Comites
misit, vltimæ neceſitatis nuntium
et auct.

& auxilium. Egmontius, ut erat
militaris homo, fortis, & constanti
animo sententiam æquus audiuimus;
& litteris Episcopo ad Regem da-
tis, quibus ingentia merita, labores
fidei, & virtutem suam in multis
probata m commorans, supplex
pro filiorum orbitate orabat, &
coniuge, velut omni mortalitatis
cura solitus, cum ipso Antiflito
purgatis animi noxis, mentem ad
æterna conuertit. Hornanus altiori
silentio pressius religiosè, & con-
stanter animi salutem procurauit.
Ipso in Pentecostis per uigilio fera-
le pœnance, atris multum propenden-
tibus lacinijs in foro Brussellarum
maximo, quod Julianus Romerus
obsederat cum legione Hispana, ap-
paruit instructum. Huc submersi. *Pœnam*
diem ducti Comites: Egmontius *Comites*
primus in genua procidens ante *subeunt*.
Christi è cruce pendentis effigiem,
à lictore truncatur: Hornanus pari *Anno*
constantia securi extendit cerui-
cemi, Capita hastis infixæ horas
duas

duas spectaculo data sunt populo,
ut tandem euenisse intuerentur,
quod humanæ parentiæ non esse
crediderant. Restituta sunt proti-
nus, Albano annuente, corporibus
truncis; tumulisque maiorum coa-
ditis iustus honor est habitus.

*Ciuu do-
lor, &
rabies.*

20 Circumspectabat in-
gens multitudo, attonitæ hærenti-
que similis; duram securis plagam
timentius singulis, velut illi subie-
cta essent omnium capita. Vbi au-
tem videre emicante in ceruice san-
guinem, & cum Egmontij capite
amores ciuium, spes, & communia
vota concidisse, ad istum securis
visceribus commotis tremefacti, in
cœlum lamentabiles voces, & la-
chrymas ardentes effuderunt, ex-
osculantes, qui iuxta aderant, sup-
plicij locum, sæuoq; murmure iras
& vindictam frementes! Multi lin-
teola imbuta stillanti tabo infudere
pectoribus, velut altius reponentes
memoriam duri doloris. Non pau-
ci è proximis fluentem cibentes

san-

sanguinem, sua capita dira execratione deuouete, ipsa in vindicta laxatos perituros. Tumultum vero cōcitare non ausi, vrbe obfessa præsidjs, in suas recesserunt domus, & oppida, vnde tanti mali fama, aut spes terrēdi multitudine Albanum acriuerat. Sed etiam rumore paro, eodem, quo Comites percussi sunt, die Louanienses campos infectos esse iore sanguineo, imagine dolotis renouata, non vanas, aut immeritas irarum notas cœlum ostendisse iactabant: sanguinem ciuem esse fundendum; seditiones, cades, arma ominabantur, & parabant. Enim vero Egmontius comis Egmont & elegans omnes ciuiles artes, per tuū mores quas favor patatur, in se iungens in. & genus industria, & natura potentius, erat in delicijs, & amore Belgatum; Principibus acceptus, charis popularibus, audax animo, consilio strenuus & dextra; eaque formatus indele, ut planè dignus fuisset, cuius vita sum gloria actæ cursum latior finis

nis exciperet. Eum Orangij prava
calliditas, & male moderata virtus
impulere ad libertatis amorem, Re-
gio imperio contemptus: au etiam
hauerit regni cupiditatem, certe
liet credi, nam Belgæ eius domi-
nationem loco libertatis haberent.
Excessit vita anno ætatis quadra-
gesimo texto, reliquis ex Sabinâ Ba-
batica, quam uicè diligebat, un-
decim liberis, tribus virilis sexus,
octo foeminei. Horum natu maxi-
mus, Babaro, Albanoque Duce ex-
orantibus, paternis opibus Philippi
gratia, uirtuti naturæ suæ excelle-
tis beneficio successit. Ad alterum
perfidia, & acerrimum in Hispanos
odium pertinuit. Tertius Deo, ac
Regi fidus reliquit prolem, & pre-
maturè raptus sui desiderium. Fa-
milia illustris, & peruetusta fuit;
maiores olim opes, cum Egmontij
Comites Geldriam obtinebant. In
Sodalitium aurci Velleris à Carolo
V. est receptus. Clarus maximè
Quintinopolis, & Grauelingæ vi-
cto-

Atorijs; quarum illam primus iuauit
 hanc totam vnuis ille perfecit. Phi-
 lippo Hornæ Comite per nobilitas
 fuit ex Momoransia gente; natura
 dispar, & inæquales artes: grauis
 Proceribus, non acceptus militi,
 nec flagranti studio vulgi amatus;
 nec multum indoluissent eius ca-
 sum Belgæ, nisi cum Egmontio for-
 tunam, & consilia sociasset: & hic
 à Carolo aurei Velleris sodalibus
 fuit additus. Obiit ætatis anno quin
 quagesimo, nulla prole relicta: ita-
 que eius opes fisco regio attributæ
 sunt. Hic est tristissimus, & extre-
 mus actus Tragediæ, cuius repre-
 sentatio immortales lachrymas, &
 odia pectoribus Belgarum affixit:
 nec quidquam æstimationi, & veri-
 tati subtraximus. Iam autem satis-
 faciam eorum quærelæ, qui in Re-
 ge clementiam requirunt, in Duce
 humanitatem, & prudentiam. Pro
 Rege stat inuicta vna defensio: in-
 iurias suas potuisse, debuisse viciisci
 diuinæ. **Ducem imperium Regis**

*Hornæ
 ni mores
 & genus*

*Ducis in
 nocentia
 proba-
 tur.*

absoluit. Et ille non incuriosus famæ, & imminentis criminatio[n]is guatus, inter monumenta domus iux[ue] afferuandas tradidit litteras manu regia scriptas. Harum prima ep[istola] iubet c[on]dem Comitum, vt Hispania excedens in mandatis acceperat, exequeretur, & munitas arces instrueret. Altera indignatio[n]is plena Ducem arguebat timoris, & ignauiae; quod ille iterum scripsisset ad Regem, se non audere accensos ciuium animos noua seueritate in arma prouocare; melius eos in custodia attineri obsides fidei Belgarum. Ergo quia inuitus paruit Comitum c[on]dem est reus Albanus; cum si diutius iustissimam Regis moraretur iram, eam meritò incurrisset: & quidem minabatur, si formidaret ille, se alium missurum minoris prudentiæ virum, animo, & obsequio maiorem. At eo ventum erat, vt damnandi essent, aue dimitendi in manifestam Prouinciarum cladem. Cum enim canis su-

præmodam iræ processerint, me-
jus reipublicæ vitiōne, quam mis-
ericordia consulit. Fortes illi viri,
& gratiam meritorum nimia iacta-
tione petentes, memores vincula,
& pericula esse relata, effrati, acti-
que in præceps consilia, arma secle-
ra Orangio committerent. Quæ
vanissima tradit Natalis, cum alijs
eiusdem fidei, & malignitatis au-
toribus, missa facio: sunt enim lon-
gè posita a veritatis modo, & cre-
dulitate mortalium. Imo Albanus,
ut auctor est piissimus Laurentius
Surius, nuntiata demum cæde Co-
mitum, tam indignum eius virtu-
tis, & claritudinis viris exitum la-
chrymis prosequutus est: quamuis
enim odisset scelera, eorum incly-
tas virtutes amabat.

21 Cuium rerum statu *In Friesia*
composito, ad belli instantis curas mouet
animum expediuit Albanus. Et ius- Alb.
tis Comitis Arembergij memoriaz
solutis, Brusseliis egressus, Antuer-
piam venit. Hunc urbi Gabriele Ser-
bel-

bellione cum o^{cto} Germanorum
signis Præfecto dato , & iusso arcis
munimenta perficere, Mechliniam
contendit. Inde, accepto nuntio,
Brandembergensem Comitē uxori-
um Orangij fratrem cum arma-
tis cohortibus, & tribus aliis equi-
tum inuasisse Berquenum, Sanctū
Londonnium misit cum trecentis
equitibus, & legione , cui præcerat,
Hispana; vt eam urbem, qua munita,
licebat hosti ex Brabantia in
Frisiam commicatus, & instrumen-
ta belli intercipere , in dditionem
redigeret , aut euinceret prælio.
Londonnius, strenuè factō itinere,
multisque hostium cæsis, & muni-
ta urbe præsidio , apud Buscodu-
cum Albanum citus assequitur. Iam
Chressonerius cum octodecim
muralibus, & campstibus machi-
nis, multoque apparatu belli con-
uenerat. Dux, Mosa per Graiam
superato, Dauentriam intrat. Hic
Iustratis copijs, quas Hanzius Ber-
ga equitibus quadringentis auxit,

Frisiam excurrens, Herculis colum-
na transgressus, Idibus Iulijs Gro-
ningam aduenit. Exercitus mediā
per urbem ad hostem vadens sin-
gulare documentum dedit, quo
sub Imperatore tam seueram disci-
plinam didicissent. Nemo enim ex
tanta multitudine est ausus ad po-
ma, holera, cæteramque venantium
rerum copiam manū extendere;
nec inuitati à ciuibas vini calicem
sumere. Albanus, stare in acie iuslo
exercitu, ipse filio, Vitellio, Lon-
donnio, Norquesmio, duobusque
armigeris comitatus in hostem pro-
cessit, speculatorus munimenta cas-
trorum ab urbe tribus millibus po-
sita. Ea iam Ludouicus Albani fa-
ma percussus sex millia passuum in
de promouerat. Tamen, etsi neruo-
rum doloribus præssus, & iactatio-
ne itineris fatigatus, non antè re-
cessit, quam oculis vniuersa, quæ
erant nescenda, subijceret. Ad mi-
lites reuectus ea nocte quiete con-
cessia, die illucescente, Meganum

iubet sequi hostem cum manu sua.
Ipse, vrbis tutela tribus peditum,
equitum septem vexillis commissa
mouens celestiter agmen, Cæsarem
Daualum cum equitibus leuis ar-

Inuadit fugatq; ; **Ludow.** maturæ præmissit , vt hostem in
campos traheret ; Gasparem Ro-
blçum cum velitibus Hispanis du-
centis, vt humilem loricanu inuade-
ret à latere dextro castrorum. Ro-
blçus transcenso vallo, domum co-
harentem occupat, hæreticis incre-
dibili ardore fugatis. Dux horum
metum sentiens, Francicum Beu-
montium cum alijs ducentis im-
misit: iamque in noctem die præ-
cipte, cum statuisset castra impetu
inuadere, quibus erat munimento
tenuis amnis, pontem instrui cura-
bat, & alium capi ab hoste instru-
ctum. In id consilium iubet Alphon-
sum Villoam cum valida Hispano-
rum manu castris circumferre ter-
torem; sequuti sunt etiam nobiles
equites, & quatuor vexilla V Val-
donum. Ludouicus, suorum pertur-
ba-

batione praeuisa, & Hispanorum audacia, pontibus igne corruptis infugam vertit acies. Hispani tranantes amne in cum sexaginta Epirotis equitibus, Roble longius progresso daturi auxilia, fugientium tergis inhærebant, lapsos extra ordinem, & resistentes lacerantes. Dux regonis signarus, ne exercitum errore inexplicabili induceret noctis inter, & paludum fallētes insidias, compresso ardore iuorum, exercitum multa nocte reduxit ad urbē, clara iam præsumpta victoria. Etenim Ladicus naturæ, & operum firmissimis munitis in septerat castra; militum haud inferior numerus, & tormenta aderant aggeribus pro fronte disposita. Albanus celo consilio mentis eorum introspectiens metum, & errorem, temeritatem alioquin in laudem vertit, & gloriam; qua parta, & vincendi occasionem agnouit, & non viciisse credi sustinuit. Timuit enim dux cau-

tus noctem, & ex ea fortunam, non
hostem, quem spreuerat. His-
panorum duo, VVallonum de-
siderati sunt octo. Rebellium circi-
ter quadringēti sunt cæsi; sed octin-
gentos fama est haufisse paludes.
Solicitus Albanus, & inquietus, varijs
imaginibus turbantibus noctem,
ante lucem corpus è stratis arti-
pauit: & cum sequi statuisset hostem
ad extrema Erlsiae, consulens secu-
ritati prouinciae, Scamburgio tribu-
Et fugiē no, datis mille, & quingentis equi-
tib[us], legioneque Germana, tradi-
gem in se. Guitur. dic Groningæ tutelam. Et equum
strenuè premens, sub ortum solis
signa conuellit. Primam aciem le-
giones Hispaniæ; VVallonicæ
mediam, vltimani cum Germanis
ducebat Meganus Comes: Han-
zius Berna cum manu iaculatorum
equitum terga cludebat: reliquum
equitatum Ferdinandus pro lateri-
bus, & fronte diuiserat. Vitellius
cum duobus iaculatorum milibus
præ-

præcedere est iussus, exploratus itinera; quæ ubique paludibus clausa, & abrupta canalibus haud difficultem occasionem gnaro regionis hosti monstrabant. Sobletum ingressus Dux statua duos dies habuit, de Ludouici fuga solicite inquirens, quam Frisij eiusdem prauitatis noxij incredibili obstinatione tegebant. Hinc Reidenum est ventum situm ad amasij ripam. Ibi praefidio relicto, ut cōmeatus è VVesfalia Ludouico rate aduectos eriperet, simul ut liberum egressum in Orientalem Frisiām haberet, instituit sequi Germanos. Eos tandem duodecimo Calendas Augusti (annus erae scœuli sexagesimus octavus) assequitur firmatos nouis peditum equitumque vexillis: sed formidandus magis erat situus inaccessus castrorum.

Sz Constiterat Ludoui-
cus in primo aditu Orientalis Fri. *Hostiis*
sive ad Gemingam pagum. A tergo *castra op-*
fluebat Amasius amnis inclitus Cæ pugnat,
satis

iaris Germanici expeditione, & clade ob cœli teuticiem. Emda vrbs opulenta, & fida partibus, prope os-
tium amnis sita commixta & rebel-
li suppeditabat; eius regionis Comite
officiosè cuncta præstante. Totum
castrorum opus instabiles paludi-
bus campi, & graui cæno tenaces
inseperant: nec alia patebat agmi-
nibus via, præter latum aggerē ad-
uersus tumores amnis obiectum:
hunc tormenta decem, & duo pro-
pugnacula imminentia claude-
bant: cætera imperuia erant equiti-
bus, & pediti male secura. Omne
castrorum rectum spatiū Gemi-
gam inter, & Amasium leni fasti-
gio a reliqua planitie recedens præ-
altus ager structus multa arte belli
cingebat. Sed nulla satis ardua mu-
nimenta contra virtutem pauor in-
venit. Quatuordecim millia pedi-
tum equitum tria millia numera-
bat in castris Ludouicus ex fero-
cissima iuuentute Germaniæ, tan-
tum loco, & numero præstans Al-

bano, quantum hic virtute, & sa-
pientia vincebat. His fretus Hilpa-
nus, cum Vitellio, & Norquermio,
paucisque armigeris ad iniicienda
castra progreslus, Auilam cum equi-
tibus trecentis militit, ut agrestes ca-
peret, ex ijs certiora habiturus. San-
ctius, remisso citissime ad Ducem
nuntio, significat, hostem amnis
catharaicas abrumpere ; mitteret
protinus auxilia maiora, quæ exer-
citum à tanta clade defenderent: si
enim infusa campis aquæ terræ fa-
ciem adimerent, indubitatum erat
hostem oppugnari non posse. Hac
denuntiatione, ut pat erat, motus
Albanus Michaelem Caruaxalem,
& Franciscum Bobadilliam cum
fusulatoribus Hispanis quingentis,
& tribus signis equitum inuolare
sobet, & stare Auila imperijs. Ipse,
natura loci ardua, & munimentis
inspectis, reuersus ad militem, præ-
lio legiones instruxit. Interim acer
Auila innadens aggerem, nouisque
auxilijs firmatus, hostibus pulsis,

clau;

clausisque ramalibus, & stipitibus
multaque aggestu terrae cathara-
gis, duas ibi cohortes Hispanorum
imposuit. Sed quamvis omni in-
dustria, & celeritate est usus, iam
aqua duos pedes alta plurimos cam-
pos irruperat. Ludouicus sero nimis
iaueniens, quanto se errore
turbauerat, quatuor millium ag-
men educens, vicinum castris ag-
gerem, & pontem, quem Hispano-
rum pauci tenebant, parabat excin-
dere. Sed forte ea in parte agens
Ferdinandus Toletanus, hosti se
strenuus obiecit, sustinuitque gra-
uem impetum cum exigua nobil-
ium manu; donec auxilijs missis a
patre, non sine ciadē compulit in-
mumenta Ludouicum. Iam
Sanctius Auila, Romerus, & Lon-
donnius missi cum mille peditibus
viciacum castris aggerem inuasse-
rant, Rebellibus cæsis. Et facile
credens Ludouicus ex maiori vi
proxima tam paucis natam fuisse
audaciam, suos intra mumenta

CON-

contrahens, naues speculatum misit, an Albanus cum exercitu adfasset. His referentibus nullum ea in parte hostem apparere, (nam ille humilem renens campum acies ripis amnis tegebat) ex loci angustijs coniectans breue spatium magnam aciem non capere, duo agmina educit, omnem spem collocans in aggeris potestate; quam si obtinuerat, aquarum imperu Albanum demissos tenentem campos arceret.

Is etiam consilium, & necessitatem assiequutus, nouis auxilijs suorum stationes confirmans, pulso Ludo-vico, omnes spatium inter Amanum, & castra iacens tenuit viatri-cibus signis. Interea Lupus Figue-roa cum Felice Guzmane Oliuaris Comitis fratre, alio viris hostium carentesque distentas obseruas, cum trecentis velitibus Hispanis, & equitibus centum per cæcos illos campos irrupit. Vetus magnitudine astimata discriminis, socios admovuit, ut superis in partem gloriæ

Et vīn;
cit.

vocatis, cœlestia arma præsume-
rent. Insignis erat ipse affectu in Ma-
trem diuinæ clementiæ, cuius dul-
ce nomen ingeminans, & vocans
nunquam falias auxilium, vallum
dato imperio superat. Accurrenti-
bus deinde Germanis, quos stren-
uos nouissimum discrimen acci-
uerat, pugna atroci a lateribus, &
fronte astigente, in cuncum Lu-
pus suos contraxit, mediosque per-
rumpens armatos, tormenta, & ag-
gerem itineri imminentem occu-
pat, custodibus cæsis. Hæc ubi Al-
banus cunctis intentus aduertit, le-
giones iam proprius admotas im-
misit. Ipse armis inauratis insignis,
inter equitans ordines, militem ala-
critate vultus, & brevi alioquio fir-
mabat; iam finem laborum ostendens,
fœlicitatis, gloriae, & quietis
initium; iam hostium scelera an-
numerans; iam suam eorumque
pietatem, & virtutem laudans. cre-
derent ergo Cœlites armatos ad
signa venturos; Diuinam Nemesisim

tot

tot hostium sceleribus irregatu-
ram esse supplicia. Iam gloriam vi-
resque Hispanas attollendo, notum
in Germania robur, de ea ipsa gen-
te erecta trophya, Hispanos vehe-
mentius accendit, quam sustineret
audire, cupientes scelerato se im-
piere cruento. Non alia fortuna Cæ-
sar Daualus pagum castris coheren-
tem iuueatus, terrorem etiam in-
cussit, & cladem. Rebelles iam
desperatione extrema torpentes,
spem salutis in fuga reponabant; &
integrā viētoriam Hispanus, si illa
inhiberet. Itaque iussu Al-
bani equites prouolantes ad ripam
breue spatiū dedere Ludouico,
yt cīta rate exceptus superaret flu-
men, & sumpta rustici veste in
Germaniam penetraret ad fratrem
nuntius simul cladis, & solatium.
Hoc stratanum dissimilis fortuna
seruauit: is namque delatus in quer-
sam partem, longiorem emensu-
gyrum, inquirentium oculos ma-
nuisque fecellit. Multiplex fuit cla-
des

des fugientium, & omnis calamitatis imago. Qui ad amorem cursu contendebant, armis, & mole corporum graues, vulneribus, & prælio fatigati, cum nare non possent, gurgitibus hautiebantur: alios adnatantes iam ripæ telis per ludibrium Hispani configebant. Non pauci equitum in paruam, quam molitur aëstus oceanii, natantes insulam, arenis dissidentibus, fugæ, & pugnæ inutiles trucidati sunt. Alij cæcis altisque immersi paludibus, in rabiem versa formidine, mucrones dirigebant in viscera, occupato mortis, ut dulcis esset arbitrio: pars enim voluptatis est homini perituro libertas. Figueroa, Hiergius, & Vitellius iussu Ducis cum strenuis velitum manibus, pagos, & amoenitatis domus, quibus frequens ea regio spargitur, scrutati, non paucos meritam in poenam retraxere. Ergo per viginti horas continua-
ta cæde, ruina oppleti sunt campi: qui ~~decem~~ millia passuum armo-

rum stragè cadauerumque cōstra-
ti, victoriæ, & impotentis Martis
faciem aperuere tristem etiam vi-
ctori. Cælorum numerus, qui fini-
ri potuit, ad septem millia perue-
nit. Tria millia gorgitibus hausta
fuisse plerique scriptorum, quatuor
millia nonnulli consentiunt, in oc-
culto versante mendacio. Quis
enim tam multiplicis, & latæ cla-
dis funera, nisi extremè lo mentien-
do audax finito numero terminet?
Ingens Ludouici, & Hochratani
gaza, cæterorumque Belgarum
opes, & expolia militum cessere
victoribus; quæ sanè inuenere di-
tissima. Etenim exeuntes Belgio,
multa oppignerantes, alia venden-
tes, auri, & argenti pondus grave
congesierant; & pretiosissima oina
menta secum quisque trahebat, vi-
timæ fortunæ, & egestatis auxi-
lium. Sexdecim tormenta capta
sunt, quorum sex fuerant amissæ
Arembergica clade, Musica ex no-
tis inscriptis dicta. Catholici sep-

*Numero
rus case
rum,*

*Præda
dines,*

tuaginta modò desiderati sunt, nec multò maior sauciorum numerus. Verùm Gabriel Manricus Osorni Comitis frater inter promptissimos dimicans, euerberatustelo reliquit exemplum clarum, & desideriam infelcis virtutis. Tantillo impendio stetit memorabilis, & opportuna victoria, quam suadet nobis pietas fuisse diuinam. Et quidem muneribus cœlestibus gratus, volens credere inducor, comparata esse magnæ Matri auxilio. Hæc enim Figueroæ precibus victa (nec sèpiùs rogari se patitur) ostendit euntibus iter ; formidinem incussit hosti; omne illis ademit consilium; & demum Hispanis armis accincta cunctos interemit Hæreticos. Saltem intra miracula humanae virtutis victoriam extitisse, nec negabit inuidia. Eteum inaccessa castra, clausa flumine, & vastæ paludi obiectu, militum numero frequenter, summa arte, & ingenio munita, intra horarum momenta
qua;

quatuor, tam exiguo pugnantium numero capta, direpta, & incensa fuisse, plane constat, fermè extra modum esse virium, & opis humanae. Nisi iam malis credere, omnia respondisse à qualia consilio, virtuti, & sapientiæ Albani.

23 At ex eo admiratio dignior attollitur, cunctatorem Fabium, tot clarum ex mora victorijs; qui Germaniam subactam, Italiamque defensam, suæ calliditatis, & militaris industriæ monumenta haberet, nunc tam promptum fuisse in arduum discriminem audaciæ; ut non insequeretur modò fugientem, sed, ut penitus funderet, voluisse incerta subire. Profecto temerarij ducis non auertisset famam nisi consilij rationem victoria redidisset: quam adeò certus inuasit, ut Ferdinando filio, quam ardua aggrederetur, monenti respondebit: Non aliàs se lætiorem viro hostefuisse, ac cum intueretur nunc pugnandi necessitatem: non enim

*Contem
platio vñ
ctoriæ*

munimenta manu posita , non ardua, & obstantia naturæ , sed viorum robur esse metuendum: hoc si adsit, campos inexpugnabiles esse, & inaccessos; contra eo deficiente, erecta iuga montium in plana descendere. Singularem semper laudem in Albano reperies , locum, tempus, metum discordiam hostis, & occasiones non inuenisse modò, sed etiam fecisse victoriae: ut quam vis in hoc uno suorum operum multum videatur debuisse fortunæ fortius tamen, quam felicius vicevit. Nunc verò altius euexit sapientiam, ante eligens se vinci posse, quam posse contemni. Etenim si post Arembergicum fulum cæsumque, Ludouicus ipse non vinctus effugisset Aibani manus , haud dubium erat , erectos ad eius famam Belgas, & maiores adhuc intuentes fratris vires, non temere credituros vinci ab Orangio posse, qui fuisset à Ludouico frustratus. Hinc moti populi in absentia Ducis arma capi-

p̄erent; manus atqne opes cū Germanis legionibus iungerent; quas non adeò Hispana vis fregit, ac metus populorum, & quiete. Itaque cæteras, quibus potitus est, tenens Belgium Albanus, huius victoriæ dicā fines, noa diuersas agnoscam. Multum enim summae fœlicitatis interest, omniaq; debet i fatemur duci, aut militi, qui in acie primos ordinis struit. Sic igitur hæc vna victoria initiu est, causa, & altissimum fundamentum omnium Albani rerum in Belgio gestarum. Agnouit Ferdinandus manum æquè pius, ac fortis; eamque religiose veneratus, tres dies in victoriæ loco Cœlestibus operatum habuit exercitum: hoc dignissimum monumentum statuens, post obtenta ex perfidia, & impietate trophya. Interea ducebūs in consilium vocatis, differebat, an superato Amasio, inferret arma, & cladem Emdensi Comiti, qui Regis stipendiarij rebellis auxilio iuuerat. Sed cum etiam ipsi

esset visum, in aliud tempus vindicta seposita, in præsens Belgij securitate consulere, iustis cœlo solutis, Groningam signa conuertit. Tantæ victoriæ pura gaudia parumper
Facinus Hispanus turbauit atrox Hispanorum facinus, & seueritas Ducis, hostium panorum pueri riter furori, & suorum audaciae terribilis: cum enim omnia aduersa superaret, nihil omittebat inultum, contemptum disciplinæ timens, & spernens odium. Hoc autem beneficijs post oœnam, blandaque oratione mitigatur; & ubi prima deflagrauerit, ira, excidit vindicta militaris animis: ille vero indulgentia creicens, vires ad seditiones attollit; & ubi licentia adulta flammaverit, non ferro, non ultimis supplicijs extingues. Ibat extrema in acie Sardoa legio; quæ in eius loci conspectum veniens, ubi ducem Arembergicum amiserat, multosque socios à paganis proditos Luddouicofuisse meminerat, recrudescente ira aduersus proditionis au-

Auctores, velut iusta soluturi suorum
manibus, & paganorum diræ læui-
tiæ, flamas vico proximo ini-
ciunt. Illæ subito arreptis vici tagu-
rijs, cunctis agris arentibus æstiuo
vapore, & conspirante maris aura
vindictæ, late fuderunt incendia.
Cum autem fami nubes, quæ ad
cœlum ferebatur, prospectum ocu-
lorum adimeret, Albanus insidias
hostium esse, aut Orangium adue-
nisse non dubitans, milites ire in
ordines iussit, & equites pro cor-
nibus stare. Ipse acto equo celeri-
ter, cum manu strenua præcedens,
ut sceleris nouit auctores, incendia
riam legionem ab exercitu circum-
fisti iubet: & qui primam dederant
incendio facem, suspendio enectis,
tradito militiæ more cohortes ex-
auctorauit, præter unam, quæ pri-
mi sceleris erat innoxia. Non enim
hac seueritate incendijs leue dam-
num (quantumcumque Famianus
extendat) verum temeritatem in-
felicem, quaducem salubriter ad-

monentem traxerant infata, vindicabat. Ergo milites alijs vexiliis applicuit; centuriones, & signiferos, cum ipso tribuno Brachamontio acerrimè increpito redegit in numerum. Quam ille ignominiam et si constanter, impatientius tamen ferens, tristem, & in honestam sibi militiam fugere cogitabat. Id sentiens Albanus, non ultra intendens iras, quam interesset exempli, indulgens liberaliter, malto cem honore ob constantiam obsequij Günsaluum coram nominatum in eundem gradum breui restituir: ne alioqui fortem, & egregium virum perderet ob inuidiā criminis, quantumcumque esset, modo permisi: quod certè non ex animi prava obtrinatione, sed ex magnitudine animorum, & doloris eruperat. Groningam intrans ipso in peraugilio D. Iacobi tutelatis Hispaniaz, solenes illi preces Instituit, celebrans gratias auxilium, quod in periculo expertus, in victoria religiosus fabebat;

tebatur. Hic cum inter gratulan-
tium plausus rogasset, an satis citi-
nuntij retulissent gaudia victoriae,
inuenit eodem, quo pugnatum est,
die in urbe fuisse nuntiata. Etenim
sinum illum præternauigantes, in
quem, tunc æstu relabente, se præ-
cipitabat Amasius, notauere pileo-
rum multicudinem orbes sinuare in
maris quieto recessu; viisque Ger-
manorum insignibus, celerrimè na-
vigatione confecta, retulere pro
Hispanis stetisse victoram. Sed
etiam Albanus, ubi ea clara se ostendit,
Andream Salazarem ad Regē;
Carrillium Merlum ad Pontificem
miscerat.

24 Megano Comite Fri-
sice præfesto, validaque manu data
ad tuendos fines, & iusso Gronia.
gæ arcem fundare Antuerpiensi si-
milem, Alphonsum Villoā cum le-
gione Hispana, duabus alis equitū,
& quatuordecim tormentis immi-
sit, ad expugnandum Halfrum Co-
mitis VVadembergæ castellum;

*Vertit
citus ad
Moseam*

quod

quod prope Rhenum situm in aditu
Germaniae vastas inter paludes Re-
belles inuaserant. Cum vero ex-
ploratores retulissent, Apostoli Ia-
cobi die ad Rhenam hostium co-
pias venisse, in Belgum erupturas,
Vt rec. celester Vltra traiectum petit. Hic
laetus nuntius Ducem assequitur,
Et parat fugatos, cæsisque ab Ulloa Rebel-
in Oran les, & Halfrum obtineri regio præ-
giumbel fido. Inde Bulcoducum te confe-
lum. tens, idoneam magis vibem tra-
ctandis belli consilijs, ad Ducem

Bolduc. Alburquerque scripsit monens,
ut in Heluetios misso Anguisola
Comite, eius gentis, ad tuendos
Sequanorum fines, legionem edu-
ceret. Provinciae quoque Guberna-
torem admonuit, ut suuertute col-
cripta, Oragi ditionis oppida egre-
giè muniret, & fines Galliam tan-
gentes firmaret aduersus Franci-
cum Angustum Genlisii Dominum,
qui magnam Hugonotorum ma-
num pro Orangio cogebat. Iam
Chermoncius machinas, tela, nitra-
tum

tum puluerem, rates, & cætera bello necessaria Mechlinijs educata Traiectum, quam Albanus urbem primam seder in bello statuit, inuenixerat. Vitellius, & duces, quibus data erat cura Molæ vada tentandi, attulerant humilia esse, & posse ab exercitu superari flumen nullo discrimine Hac de causa redditus magis anxious Albanus, Bruxellas conuocauit Ordines, simul ut auxilia peteret, & eorum animos scrutaretur, an itas poluiscent, an in commune retinerent. Frequentem itaque Ordinum conuentum ingressus, per humanè eos alloquitus, amico animo ab ingratis subsidia petiuit. Delegati bonitatem Dacis, & clementiam ignauiae, & metu vertentes, petitioni intercessere causati; Belgarum esse exhaustas opes; nec foro de republica modicas pristinæ opulentias reliquias eruere, & nouis insuper tributis irritare turbatos. Deinde usque Albus, amore, & lenitate posse Belgas

Brussel-
lis con-
uentum
celebrat

tractari, non ultra rogare constituit quod armorum, & patriæ iure licebat exigere. Sed tunc maximè imminentे Orangio, iras in armatos vertens, Campenem profectus est, indignatione compressa. Robleum inde cù legione misit præsidio Remundam, non ignarus Orangium Brabantiam petituram. Quapropter fugitiuum hostem scuissimo egestatis telo aggrediens, alimenta conferri iubet in munitas urbes.

Mastric Traiectum post hæc veniens, ad Harnenam castellum castra posuit, tribus passuum millibus à Mosa amne discreta: & eo nauium ponte iuncto, è Geldria quoque larga comedatuum copia inferebatur. Huc Regis Christianissimi venerè littoræ: qui obsequij Ducas, & officijs memor, duo millia equitum spondens, nobilem. & strenuum virum, qui eos securos duceret in castra, ptebat. Albanus supra humanas laudes fauorem gratiamque Regis extollens, Cerolum Croium Aresco-

ti Ducas fratrem tuum, ut postquam
 eos excepisset, rogaret Christianis.
 simus, ut mallet Gallis equitibus,
 ad areendas Hugonotorum copias,
 in Belgium erupiuras: Ducem enim
 abunde instruum esse aduersus
 Orangij minas. Sed Carolus diu
 multum expectatis auxilijs, tamen
 certo assequutus, quam vana, & ex
 falso essent Gallorum promissa, ad
 Ducem reversus est. Is parum ex-
 terno militi fidens, bis senos centu-
 riones in Hispaniam miserat, ad
 conducendum novum militem,
 quo reficeret legiones, praelijs etiā
 secundis accisas. Hoc grauius inter-
 pretatus Rex dixisse fertur: *En Al-*
banus imperium suum usque in His-
panias extendit: centuriones mittit il-
le, qui faciant in Hispania delectus: &
quos ego delegerim, nulla reverentia
Majestatis cogit in ordines, aut abire
militia: sed imperet ille, dum profit,
tueaturique constanter rem publicam.
 Onerabant hæc Rhodericus, & Spi-
 nosa, quorum inuidas mentes ocu-
 los.

Albanus
in Hisp.
centurio
nes mit-
tit, qui
legionē
in ea cōf
cribant.

Et indig
natur
Rex.

Iosque nimia Ducis claritudo turbabat. Rex autem, excedente ira, eius constantiae, & fidei satis expertus, lætusque præsente victoria, cuncta ex arbitrio Ducis moueri concepsit; qui omisso blando obsequio, & assentatione deformi, vtilia, & profutura Regi dare curabat.

*Iustitiae
copiarium
numerum.*

25 Ergo Albanus, Iustitiae exercitus numero, equitum ab Hispania, Epiro, Italiaque duo circiter millia; totidem ex alis Belgarum, quibus præerant Barlemonius, Meganus, & Lalinius Comites; mille, & quingentos grauter armatos inuenit. Pedites Hispani tres legiones implebant; quatuor copiae V Vallonum sub Philippo Lanoio, Carolo Largila, Iacobo Brinaco, & Mondragone tribunis. Ledronnius, & Heberstainus Comites duas è Germania legiones ad duxerans: & legio recens conserpata ab Hispania peruererat. Equitibus Ferdinandus Toletanus; pediti

*Quæ
causatra
xit in
Belgiis
Federic.*

bus Cauriæ Marchio Federicus Ca-
latrauæ magnus Commendator,
Albani filius natu maximus præsi-
debat. Non felicior ille Imperator
certè, quam pater : cu non modò
victorias atque gloriam officiosa
virtus, & fortuna liberalis conce-
fit, sed etiam earum gaudia in filijs
multiplicata respicere. Ambo insig-
nes animis, obsequij, & pietatis iau-
dibus similes vnum intuebantur,
per labores suos, sanguinem, & dis-
pendia vitæ, magni patris gloriam,
& senectutem augere. Eos fors na-
cendi inæquales in lucem protulit:
sed Albanus naturæ errorem seue-
rus artifex corrigens, pares virtute
formauit. Huic ergo ingenti duci
hæ geminæ manus debebantur,
quibus in diversa extensiæ, finu suo
amplecteretur Europam: victorias,
triumphos, & immensas laudes cō-
tineret. Cæterum non extra insli-
tutum operis fore, gratum quidem
legentibus duxi; si paulisper addi-
uertoria amœra recta è via defle-

qens,

etens, causas obtulerim, quæ Federicū in hoc bellū traxere. Elegans erat iuuenis, decorus facie; & plurimus hoaos inerat oculorum micantibus radijs: audax ille, viuidus, nec alienus amantium curis: quoties ardesceret voti composaderat enim facundia pulchritudini, & fidam ministra liberalitas gratiæ; quæ ad conciliandum fauorem validissima iunt vincula, & imbelli sexui atque auaro ingens necessitudo peccandi. Amoris ergo voluptati indulgens nobilem virginem ex famulatu Reginæ, cuius pudori, & famæ consulentes nomen subtrahimus curiositati lectorum, urbanè, & officiosè colebat. Qui mos in Hispanorum Regum aula malè concessus, quamuis debita cum reuerentia usurpatut, non semel audentiores pudendis laqueis implicuit, ac perdidit. Auget tamen frequentiam, & aulæ splendorem, inde nobilibus coniugia pertinentibus. Federicus consuetudi-

ne alloquij, & meritorum non occulta fiducia in spem crederet, nihil amori inconcessum, nihil esse arduum amantibus, affectus voluntatis erumpentes, & desiderata vota cunctanter explicuit, multa pollitus, cuncta elus pulchritudini tradens. Illa auida tam splendido coniugio potiti, simul incendio concussa pectoris, & sexus libidine ultra progesla, Federici suumque pudorem absoluit. Rex autem suæ dedecore, & iuuenis licentia insremens eum tradi custodiendum iusserit. Et illa confessa culpam, ut credit, honestiorem pudicitia, datam coniugij fidem incensa postulabat. Urgebant hæc non pauci, quibus Albanorum Ducum grauis potestitia erat, & aliquo insigni dehonestamento tantam claritudinem turbari cupiebant, aut saltem puram illam lucem, cuius radijs perstringebantur inuidorum oculi, infici iuuentutis erroribus. Philippus in hanc partem inclinans, eam

protinus ducendam esse in penates
Federici statuit, exilia minitans, &
grauiora contumaci supplicia. Ta-
tum dedecus cum auerſaretur cons-
tantius iuuenis, quam minis posset
euinci, aperteque negaret culpam,
quam illa fatebatur infamiæ ſuæ;
Rex eius fracturus animos, Vbi-
Otan. zam exulare iussit, & decem hatta-
tos equites ſuis opibus tueri, ipsum
que pericula cōmunia ſubire, nullo
honore dignitati feruato. Nihil
territus ſententia Federicus, impe-
dimenta componens, lætus mclie-
batur iter, & legebat comites; cum
victoriæ patris nuntius aduenit, im-
pleuitque gaudijs Hispaniam, post
cladens Arembergij ſuspensam, &
insuper fama exercitus Germani
ſollicitam; tanquam de Europæ
Imperio immineret, non de vno
Belgio diſcrimen. Indignum ita-
que eſt viſum, & trilſiſimum im-
pietatis exemplum, dum omnes
Albani periculis, & victorijs læti,
& ſecuri redderentur, vnum filium

haberi damnatum, & merecentem patrem: seuissimum esse, Ducis augeri dolores, & vulnera, nato, in quo acquiescebat senex pater, Barbarorum armis, & inclemensis coeli rigori subiecto. Propius humanitatem, & gratitudinem videri, ex illo iuuenis mutari iu. patris auxilium, & poenam sceleris in patriæ beneficium. Philippus cum certus esset, filium patri donare, ut gratius utrique munus esset, rogari non spectans, ad se protinus accessuit Federicum; & patri ei viae oratoria renuntiata, significat non sine reconciliatio graiae signis, se Numidicum exilium in Belgicum libenter commutare, ut eo munere Ad Albanum per filium misso, iustam gratulationem meritorum ipsi se referret. Federicus gratijs immortalibus redditis, fidem suam, & dextram in omnia belli ardua pollicitus, equos subinde fatigans, celeriter in Belgium peruenit, & pa-

524 Ferdinandi Toletani Vite

tem incredibili gaudio perfudit,
eius contemptum maxime deside-
rantem, & dextram; quæ nulli in-
terior est cognita. Ipseque Alba-
nus haud nimium filijs indulgens,
nec detractor suæ gloriae dicebat;
cum fortuna, & virtute, se etiam
fore clariorum; si per ætatem lice-
ret, & inuidiam. Erat enim illi la-
defessa vis animi; acer, strenuus, in-
que arduis tam constans, & indu-
bijs certus destinationis suæ , ut
rerum exitus videretur habere in
potestate consilij. Rara quidem
felicitas Ducis, non potuisse filium
nocentem, & damnatum esse, nisi
ut redderet felicem patrem! Iam
vero ad rerum ordinem , vnde
fortuna Federici , & Albani lau-
dum iusta meditatio submouit. Is
autem iuncto, & perarmato exer-
itu, cum retulissent nuntij Oran-
gium, superato Rheno, inuolare
Traiectum ad Mosam, de armis,
& færocia hostium securus , pro-
cius

ciatum male sana fide follicitus, Vi
tellum Magistrum castrorum, alios
que duces cum manu strenua cele-
ritet misit, qui ultra Mosam cas-
tris locum eligerent; ubi Re-
bellium impetu excep-
to longè eos à Pro-
vincijs ar-
ceret.

VITAE FERDINAN. DI TOLETANI ALBÆ DVCIS.

LIBER VII.

*Celerita
ee insig-
ni Oran-
gius Mo-
sam supe-
rat.*

Anno
1568.

SED Orangius summa cōf-
tantia militum, & cele-
ritate viis, præuertens
etiam strenua confilia,
facto itinere per noctem, Mosam
humilia aperientem vada modico
cum labore transmisit: & postridie
Nonas Octobris non procul Tra-
iecto castra posuit, imminens occa-
sioni, si Belgæ ad eius famam no-
menque turbati, monstrarent adi-
tum vrbes munitas, & arces occu-
pant.

pandi: in quibus firmato gradu Al-
banum prælio vinceret; aut saltem
Germanijs expelleret timentem
omnia, egenum, ciuiumque odijs
iactatum, & nusquā vitę securum.
Nec erat ea spes male fundata. Ete-
nim duodecim millia implebant *Copias*
Germanæ legiones: Galli, V Vallo- *numerat*
nes, & Lotharingij pedites ad no-
uem millia confluxerant: his addi-
ta sunt duo millia Belgarum. Equi-
tes è ferocissima iuuentute cons-
cripti, plerique in Gallia ciuilibus
discordijs exerciti, numerum no-
uem millium æquabant. Tormen-
ta bis dena ferebantur, & longum
impedimentorum agmen, malto-
rum Principum comparatum opl-
bus, & studio Germaniæ. Orangius
enim Comitū & fratriis cæde nun-
tiata, insuper Ludouici clade per-
territus, consilij imops, & vindictā
spirans, vertebat se in cogitationes
multiplices, quæ sauz, & tristes
occursabant animo impie feroci.
Et ut erat artibus scelerum foetus,

328 *Ferdinandi Toletani Vitæ*
citò inueniens, qua potentius in-
clinantes raperet, scripto ad Ger-
maniae Proceres, & cinitates libel-
lo, cunctos ad vindictam incendit,
prætenta securitate Germaniae:
quam scilicet, dicebat, Albanum in
mandatis habere, ut armatus inua-
deret; postquam Belgij seruitute
fundata, exercitu victore perstaret;
cuius virtute prælijs experta, & for-
midando nomine Germanis obse-
quij vincula, terrorem, & munitas
arces imponeret. Hanc occultam
destinationem iam palam ostendis-
se Regem, cum Belgas fidissimos
ciues religionis tantum causa dam-
nasset cum ergo hæc odia in socios
conscientiæ transeant, aduersum
omnes Philippo esse bellandum.
Non arduum erat volentes impel-
lere, & infenos Austriacæ domui,
id est vindici diuinæ religionis, &
munimento certissimo, quo incon-
cuso stante agnoverant, eam labefac-
tati non posse. Itaque conspira-
tione facta velut in communem

Princi-
pes, &
urbes fæ-
deratæ

civis

+ + +

hos,

hostem Hæresecos, Palatinus Comes, Dux Virtembergensis, Argentoratum, & aliæ quam multæ Imperij ciuitates, legionibus Germanis quadrimestre stipendium obtulerant. Cæteras alendas suscep-
rant Regina Britanniæ, & Antuer-
piæ mercatores ditiissimi. Equites
tuebantur Rex Daniæ, Saxo Sep-
temuir, & duces partium; Oran-
gius scilicet, penes quem stabat im-
perium, Ludouicus frater Magis-
ter castrorum, Hocstratanus, & Lu-
mæius unus è Marchiæ Comitibus
Casimirus Palatini filius, Suatzem-
burgiensis Comes, & duo è Saxoniam
Ducibus: multi præterea nobiles
Germani conuenerant, quibus sta-
dium disciplina belli exerceri, &
erat fastidio bonis tranquillæ pacis
stui. Albanus multitudinis contèp-
tor, cum exploratum centurio mis-
sus, vix primo à metu receptus, au-
geret hostium numerum, anxie tre-
pidatione denuntians, cunctos Ger-
maniæ Principes, Danorum Regem
Bri-

Elegans
Albani
constan-
tia.

Britannos, Gallosque cum Belgis
conpiratos adesse, facete illudeas
etiam timori, respondit: Longè poten-
tissimos Reges, & Principes in fœdus
cum Hispano venisse. nimirum Siciliæ,
Neapolis, Sardinie, & Americæ Re-
ges, Insubrie Ducem, Sequanorum,
Belgarumque Comites: qui omnes ha-
ud aliter, ac si una gens esset, inter se
egregiè concordes suam virilitatem, &
salutem putarent contineri unus Hispani
victoria. in hoc saltem momento
non posse dubitari, hostiam multitudi-
nem, & vires, quas immensum articul-
leret, inferiores esse; cum illi federati
Principes diversas bello causas, & vo-
luntates attulerint. His palam ad
confirmandum militē dictis, mul-
tiplicem curarum ætum alto in-
pectore premebat Albanus. Obuer-
satut oculos intestinum scelus;
iram Belgarum soplant, non extin-
ctam acerrimas bello faces daturā,
vbi securitas rebus, & fiducia desti-
natis affulserit: iam a Gallia erup-
tueros hæreticos, iam a mari Britan-

nos. Nec facile inducebatur crede-
re, Orangium post cladem fratris
invadere Prouincias ausurum, nisi
ciuium manus, & conscientias pa-
ratas haberet. Auxit etiam mili-
tum pauorem cœleste portentum.
Vitæ sunt per diem, in nocte sæpius
infestæ, & compugnantes acies in
aere pendentes horrendo cum fra-
gore arma collidere; longo flamma-
rum gyro volantes hastæ decurre-
re; audiri morientium gemitus, tu-
barum sonitus; & quidquid formi-
dandum patratur saeva in victoria,
vel clade, intuebantur oculis atto-
niti, & tacti superstitione mentis,
animis ominabantur, similia se esse
pauciros. Tanti motus fama non se
continebat intra Belgij fines, sed res per
Italiam, Galliamque peruecta His-
panias etiam tristior inuaserat. Hæc sparsæ.
Regem incusare, quod dum Oran-
gius Germano milite armatus, dum
Britanni, & Galli rabie infatigabili
accensi, Belgium audacter irrumpe-
rent, securus, & oblitus rerum, in

Cœlesti
prodigiis

Rumo-
res per
Europæ
sparsæ.

§32 Ferdinandi Toletani Vita

aule molli otio, & voluptate tor-
petet: inanes, & auaras opes conge-
reens, quas in reipublicę salutem de-
buisset fundere, in sanis substructio-
num molibus impenderet. Iret ip-
se, terret vultu suo, & Maleitate
Rebelles; nec illos ultra tendere au-
suros, ubi sumnum hominum,
sumnum poenarum, & præmio-
rum arbitrum viderint. An potuiss-
e Cæsarem, toties remenso mari,
provincias inuisere? Germaniam
armatus, Italianam, Africumque li-
tus excurrere, Gallias saepius inua-
dere? Philippum vero annis, & na-
turæ robore vigentem, opibutque
validum, & amore ciuium, modi-
co labore nou sufficerunt? An satis
magnum pretium crederet tunc
reipublicæ, ne quies turbaretur au-
læ, & amœna nemorum agitatio
cessaret? Galliæ, autem in finem
belli intentæ, tanquam è speculis
intuebatur erexit; an Germaniam
irruentem sustinerent Hispani; an
Belgio cum clade expulsi, Italia
quos

quoque posse excludi monstrarent. Ad hæc Philippus immorus, cum eadem, quæ occultè in aula iacebantur, suspicionem eius non fugerent, dixisse Iapius constat, si magnæ in Belgio acies concurrent, magnam quoque, & fœlicem sperare ex Albano victiam.

2 Is autem ubi agnouit Orangium Brabantiae ripa potiri, sitam credens stare in celeritate fortunam; si hostem intra castra cohbitum ad egestatem reduceret, predandi adempta licentia, conuulsis strenuè signis, ad Bramburgum pagum castra munit, inde Leodium, Tillemontem, Louanium quæstaturus; & simul hostiam anteuentis consilia, oppida, alimenta, & idonea fundandis castris loca præsiperet. Orangius, cuius in festinans-dospes, in mora stabat exitium, instructo exercitu prouocabat Ducem in supremum discrimen. Federic^s, Pugnat. & Ferdinandus animis audaces, & que in regno: regnatur.

In hoste
monet
Alb.

gloriæ cupiditate feroceſ, cæteriq; duces cum Vitellio cœlebant; eſſe non modo virtuti, & gloriæ regij exercitus proximum, hostem prouocantem admittere, verum exutum caſtris fundere, & delere cœtantem. In eorum temeritate vitoriam verti ſecuram, ſi ferocem arrogantiam in fiduciam tranſite non ſineat: hac enim ſuperfuſa pe-
goribus, insolentiores redditii Bel-
gium inuaderent; arma ſibi, & opes
ciuium, quibus Orangius amatur,
& habetur patreſ parix, & liberta-
tis vindex, adiungerent. Tunc in-
currendum etiam cum periculo, ut
malum iam adultum reſecarent,
quod nunc in cauſa, & initio poſſet
extingui. Nihil motus ſententia
Albanus, gnatus armata ſcelera va-
lere impetu, virtutem, & conſtan-
tiam ex mora vires aſſumere, ſalu-
bria conſilia, & olim cogitata exe-
quebatur. Enim verò Duceſ mili-
tiæ veterem latere non debuit, tan-
tum exercitum multitudineſ ſua la-
bo-

borantem breui esse fundendum;
 cum vix eorum opes sufficerent, tyc
 militi alimenta pararent: hinc arsu-
 rasseditioñē, & iras in duces, quos
 cupidine prædādi, non amore, non
 obsequij necessitate sequebantur.
 Plenum quoque erat temeritatis,
 & dedecoris, si cunctando posset,
 malle cum suorum clade, & pericu-
 lo vincere; præterim cum una ex
 acie reipublicæ quiescentis salus
 vniuersa penderet. Et quidem len-
 to motu adulta consilia secura in
 maturitare, impetu patrata exitu
 deformi terminantur: & quæ per
 moras inualuerunt, tenaciter hæ-
 rent; non secus ac lenta febris expli-
 cabili igne medullis imbibitur; nec
 vlla medicorum ars, aut vis naturæ
 in eam sufficit, quæ tacito lapsu
 penetrauit. Statuit ergo fixus in ten-
 tentia Albanus, nunquam se com-
 mittere incertæ victoriz; sed con-
 uellendo hostem, instando timui, &
 cedendo, obtinendi vibes faculta-
 tem adimere, quarum prædam

*Lenuata
 men con-
 seri præ-
 lia per-
 missit.*

Oran.

Orangius inter stipendiiorum ratios numerabat; unde *commieatus*, viros, belliique diurna mala componere. At inter castra vicina leibus praetilijs terebatur campas, haud dubia fortuna, pro quo staret virtus, & causa. Instabat tamen indecessus Orangius, an ostentando vexilla, assaultando castris, contumelias ingereas posset hostem in certamen allucere. Nec incursus leues prohibebat Albanus, gaudens per ea 3mora variisque conatus senes, ceteri Germani exercitus famam, & assuescere Hispanum immanem multitudinem contemnere. Vitellius aliquam impositurus hosti cladem, tenebris protegentibus audaciam, cum parua Hispanorum manu allapsus, foecili congressu Rebelium quadringentos occidit, castris animisque subito horrore concusis. Remerus iussum Albani egressus cum legione Hispana, quatuor cohortes secus ab exercitu in collaudentes oppressit. Orangius suo-

genua

*Inuadit
noctu
castra Vi
tellius.*

rum latus clade, per quam auden-
tiorem hostem factum crediturum
se campo cogitabat, varijs artibus
in aciem stimulabat Albanum, iam
explicans agmina, iam vexilla cir-
cumferens, iam proximos vicos ex-
ciadens, villas, camposque diro in-
cendio peruastans. Tandem irrito
labore frustrari se sentiens, castra in
collem modice assurgentem ere-
xit. Albanus ad Sguebisam pagum
mouens, Federicum iubet tuniu-
lum vicinum, unde castra hostium
telis infesta patebant, cum manu
strenua noctu capere. Ille primae
gloriae initijs, & suo ingenio celer,
& promptus, tumulo occupato ce-
leriter, proximum vicum Hispanis
iaculatoribus firmat: & iacto vallo
per noctem, ad funiculos intermi-
cantes fossoribus dirigentibus li-
neas, totum spatium non infirma
munitione circumdedit. Illicef-
cente die Albanus, iam coacto hos-
te castra mutare, tergo, & lateri re-
cedentis inhærens, orælig, & itine-

*Alb. co-
git hostis
castra
mutare*



ri copias instruxit. Equitum Magis-
 ter Ferdinandus cum aliis quatuor
 leuis armaturæ, & velib⁹ Hispani-
 nis quingentis, extremam inuectus
 aciem, Rebellium sexcentos stra-
 uit: iamque, ut vidi recipientes sig-
 na, fidentius percursis instabat, cum
 subito uniuersum Foederatorum
 agmen incurrit; & aliquot Hispani-
 iam in prædam lapsi luere pœnas
 auaritiae crudelis. Ferdinandus, nul-
 lo strenui ducis, & militis ab offi-
 cio vacans, constipatis ordinibus,
 eo usque sustinuit ruentem in se-
 aciem, donec à patre missis auxilijs
 firmatus erumperet: suorumque
 modó quindecim desideratis, hos-
 tium septingentis cæsis, appetente
 nocte in castra iā munita recelsit.
 Interim Albanus Rebelli omnia ef-
 fugia clausurus, Iulianum Rome-
 rum miserat cum Hispana legione
 Tonger, ut defenderet Trungorum oppi-
 dum. Ciues conscientiae metu tur-
 bati, quia hostis amicitiam iniue-
 gant, exclusere Hispanos, donec im-
 pli-
 2

punitatis fide data, suis rebus consuluere, fidentes clementiæ Albani. Inuenta hic sunt permulta vehicula onuata telis, commieatu, & mercibus, quarum præsidio ultima in necessitate usurus, Orangius eas attulerat. Hoc intimo vulnere percussus, non ausus ultra occurrere Albano, ad Almalam Leodiensem pagum consedit. Hic duces comedabundi inter epulas, & pocula de bello consultare cæperunt. Hoc stratus ad te mulentiam largo vino proiectus, ferox nimia concitatio ne verborum, irridens Ludouicum quodrem apud Gemingam infelix, citer, & malè tractatam excusaret, robur Hispanorum attollendo, & Albani industriam, facete rogauit: ubi nam essent illa arma, & legnum formidanda ora, quorum modò terga vidissent, & castra aduersus meum secura? An illis pudendis latbris, & munimentis crederet, vincendos esse viros, tenentes campos & armas? Ludouicus, nondum sens

ibus vini furore turbatis, ira compressa, respondit: *Nunc Hispani singulari obsequio, quod nos perdet, ligati tenentur; viresque in latebris acuunt, quas inde validiores effundant.* Cum eos, solutis vinculis, Albanus emisserit, senties Hoc strata ne, an leonum facies habeant, & arma, an castrorum munimenta transferant in plana camporum qui nunc faciem negantes, importuni tergis nostris inhererent.

In Gal- 3. Dùm his lætitiae imita-
lii mas- mentis duces rerum grates curas
eus fig- parumper auertunt; hanc eadem
ua vertit conuiuij simplicitate delectatus
Orangio Otangius, Octauo, & vicesimo die,
ex quo Belgium intraverat, caitra moquit. Gallica excepturus auxilia.
Aliquot viribus in feliciter in via tentatis, vnde opes, commeatus, &
stipendia exercitus inopia laboran-
ti promiserat, sœua militum con-
Et sedi- ternatione turbatur: & in eum vnū
cione eorū belli, & laborum auctorem flagran-
batur. te ira, arma intendere, mina que-
Sed maligne sceleri conspiranta
for

fortuna, adactum telum ensis capulo exceptit; celeriterque recedens ad armigeros, Belgica legione, & nobilium globo protegitur. Sic furentes, & quantus initaret hostis oblitos nuntius mitigauit, referet s Genlisi Dominum, viratis insidijs hostium longiori circuitu, expectare arma sociorum. Quinque millia peditum erant, & duo millia equitum ex Hugonotorum robore cōscripta. Ergo citius seditione compresa, signa monit Orangius. In Auxilia via Trudenopoli capta, grandique Gallorū pecunia Abbate, & alijs viris illis exceptis tribus. Leodienensis agri multatris, rus con-Tillemontem citus aduenit. Tria tendit, nullia passuum indē Genlisius aberrat; sed Gerha amnis interfluens, & a tergo insistens Albanus efficiebant, ne possent tuto auxilia committi. Ea tamen excipere etiam per damna statuens Orangius, anteire impedimenta iubet: quinque iaculatorum millia, & Ferreolorum aliquot turmas inter sepiā hortorum

& vicum itineri, & fluminis immi-
nentem locat, qui ripam tuerentur
aduersus Hispanum. Ipse, equitibus
infra supraque dispositis, peditibus
in medium receptis, exiguum qui-
dem amnem, sed ingentis opportu-
Eum Al- nitatis ingreditur. Albanus ante-
ban. iuse cedēs, inspecturus fugientium acies
quitur. naturam regionis aduertens mag-
næ cladi aut victoriæ paratam, Lu-
pum Acuniam misit cum manu
equitum valida, iussum cum extre-
mis signa conferre. Ipse, exercitu
pro angustijs vallis instructo, rursus
speculatorus accedens, sisti acies iu-
bet, & primam mediæ coniungi.
Ducis cunctationem aduerteos
Chaurerai Baro iam inter primo-
res cum ala, cui præterat, euectus, at
descens ira, & abiectis armis: Nec
fortunam, inquit, nescis Albane, nec
audes amplecti victorianam, quam illa
nobis facilis, & indulgens ostendit.
Germani arrogantia non indigna-
tus Albanus, eius quidem ardorem,
spiritumque egregium laudauit:
sed

Sed duces audiens appetentes aciem
simili ac ad Truētum annem oratione
cohibuit. Deinde spem pug-
næ faciens suadebat, expectarent le-
gionum robar; ne captā victoriam
vellent vnius horæ impatientia
corrumpere. Interim. Acunnia ex-
ploratus cuncta, quæ nocenda erat,
enuntiat; abundans autumni pro-
cellis flumen non nisi magno cum
labore posse tramitti; nec Oran-
gium retrò agmen agere sine certa
ruina: quæ ruit casamnis, & Hispa-
næ lingue peritus ob iniurias infen-
sus Otagianis retulerat, monens,
atque initans, occasionem impigre
arriperent. Albanus altius me-
moria repetita, non extra Provi-
dentiam esse conjectans, superando
Albi ducem rossicum ob eandem
causam hosti iofenium olim habui-
se, conuerlus ad Federicum impe-
rat, cum Aulla, Brachamontio, &
Roblæo, campestribusque machi-
nis sex tumulo imminenti viæ, &
hortis Rebelles exigere. Federicus

*Federicus
inuaditq;*

cum mille Hispanis recta processit;
 cum quadringentis longiori via se-
 quutus est Auila: Brachamontius,
 & Roblaeus latera inuasione cum
 octingentis VVallonibus: pulsoq;
 è nemore adjacenti hoste, equitum
 graue agmen ad flumen se recipiēs
Fondit. excindit: rursus alas ad sylvæ oram
 se ostendentes fundunt. Federi-
 cus inuestus aggeres, portā vnam
 occupat; qua multo cum Rebelli-
 um expugnata sanguine, non illis
 persistere in loco fuit animus. Et
Cædit, visa trepidatione Rebelliū, Fede-
 ricus iungenscum Roblaeo, & Bra-
 chamontio manus, binisque alis

Mittit- equitum in cornua diuīs, fugien-
 q; ad pa-
trem nō tes viator insequitur. Ad patrem
 tium, le-
 gionum
 poscens
 auxiliū. confessim nuntios expedit: fasos
 hostes, ferocissimos iam esse truci-
 datos, legiones diuīsas, pauidum
 equitatum, non spem salutis, non
 fugæ Rebilibus: cum exercitu ipse
 citas adesset; nec pueret senem pa-
 trem à filio habere victoriam. Ar-
 denti iuuenis spiritu, cuius id pri-

mūm documentū erat, mīc in-
tra se lāetus Albanus, indignatio-
nem palam, ut elius audaciam inhibe-
ret, ostendens: Rekuntate, inquit
filio, ne imprudens, & effusus velit sō-
nem patrem in temeritatem iuuenilem
inducere: militem in ripa contineat: nec
alium mittat iudicem sui audacis erro-
vis: nam quisquis ille fuerit, per Regis
meumque caput iuro, daturum ultimā-
mas pœnas. Et planè indignum
eras Albanum (in alijs ad laudem
vertas sequi inconstantiam fortu-
næ) ex euentu mutare consilia.

Summis enim Imperator non ipso
in discriminē eligere, sed multò an-
tē præuisa debet exequi; ne agendi
tempora consultando consumens,
fortunæ arbitrio dependeat. Ali-
quot tamen illustres equites ite
tranquam elapsos sine vexillo con-
cessit. Ferdinandum dare maiora
auxilia fratri ardentem securius in-
crepuit. Sed cum aduersa è ripa tor-
menta direxit let Orangius, tormē-
tis ipse in prominenti colle dispo-
nitis;

Indigna-
tur pa-
ter, & in-
bet in
marginē
tenere
vella.

sitis, acies à tipa cito mouere coegerit. Federicus cum Aaila, Vitellio, & Acumaria amnem latus intrabat, cum redditâ indignatione patris territos, & indignans, omnia sua summa discriminis, in furos paulo ante hoites rursus inachitatur. Quatuor millia peditum erant, & octingentie quites, Hocstratæ Comite, & tribuno Loberuallio dactoribus: qui militem in densum agmen cogentes, pleno gradu, & constanti ad vada recedebant. At nulla industria ducum, nulla vis, aut necessitas sufficit, ubi pectora multitudinis expertæ vires suas, & hoitis, pauor intrauerit. Itaque potentius impestante formidine, in torrentem amnem, qua altissima erant vada, trepidi, & cæci decurrebant; ubi festinatione turbati, & instante Hispano, hausti partim gurgitibus, partim cæsi ferro, non uno mortis genere peribant. Tria ferè millia Rebellerum occubuerunt; & magnus laclorum numerus fuit: ex Regijs desiderijs

*Cæsoriū
numerū.*

siderati triginta, ducenti sauciati. Tribonus Loberuallius, tibis vulneribus exceptis, venit in potestatem; delatusque Bruxellas, magnorum scelerum compertus truncatus occidit. Antonius Lalinius Hocstratæ Comes telo altè confusus, paucos post dies, erroribus abiuratis, pietatis manifestus vita decessit. Hunc fertur rogare Ludouicus inuisens; an satis vere ipse dixisset, Hispanos inuictos esse, & arduam sapientiam Ducis, an leonum facies habent, atque armæ, quibus fugientium terga pullare. Hocstratanus eius immanitatem execratus, obuertens ietho graues oculos: Non, inquit, tempus erat Ludouice iras, & ludibria exercendi; nec me insectandi maledictis occasio, etiam si amarus hostis aduersa in acie sterissimæ; cum stratus, & moriturus infelix ad omnia sim inutilis, nisi ad dolores perferendos, quibus sœue conuellor. Sed quando Deum uitorem sentimus, agnoscas oram manum, quæ nostra premens

Hocstra
te Comi
tis mortis

scen

scelerat, granem holiè aduersus impius
se extensis. Nec tu aliam, Ludouice,
tuis flagitijs sponde fortunam, que non
fato regitur, sed Proximitatis cœlesti. At
centum quinquaginta milites alio
fuga tendentes, vicinam occupauen-
tari domum, certi se non ante de-
dere, quam impanitatem cunctis
daret Albanus. Horam recordia in-
dignatus Federicus, nullo responso
reddito, faces acceasas iubet inge-
ri, corona domo circumdata. Re-
belles ut flamnis ob sideri, &c., & vri
vapore senserunt, intentos in mi-
crobes exiliunt; alij sibimet necem
intulere; ignauissimos flamma co-
sumpsit.

Rumor **4** Fuit constans inter du-
in Alb. ces opinio, hostem potuisse deleri,
sparsus. si Albanus transisse flumine, in pug-
nam deditisset exercitum. Vnde per-
crebuit rumor, diutino cum bella
delectari, nō vna victoria, ne hac per
fecta, & illo finito, vilis esset Regi,
apud quicq; gnatus qua inuidia pre-
metretur, noverat, nos mortuus se-
necet;

necessitudine, & voluntatis affectu
valere, sed necessitate virtutis. Præ-
cipuè vulgos militum fremebat
violentum, cum hostem intacten-
tur elabi, nullam cunctationis cau-
sam viderent. At futuri prudens
Imperator non omisit victoriam,
sed fortunæ incerta sorte vitata,
longiorem ingressus viam, per pla-
na cam sequebatur ; satis edocitus
casibus, egregia quæque confilia
plerumque festinatione vana cor-
rumpi, turpisimumque mortali-
bus evenire calamitatis genas, reli-
cta militari via per compendia ten-
denteribus, non casu, aut virtute hos-
tis, sed animi impatientia concide-
re. Itaque eius fuit eximium docu-
mentum, non aciem, non pericula
incurrere, nisi ad pacem, & securi-
tatem ducentia; non denique vi-
ciam ipsam amplecti, quæ militi de-
trimentum faceret. Igitur urbana
inter facetias, quæ plurimæ leucti-
tatem militantibus ingratam miti-
gabant, sæpius audiere dicentes.

*Calendæ Nouemb. duces, egenum hos-
tem inuadent; hæ in manibus nostris
letam ponent, & incruentam vici-
riam. Die iam tenebris clauso, fre-
quentibus suorum cædibus, Lober-
uallij Comitis funere, & Hocstra-
tani amici periculo mæstus Oran-
gius, Saiagajum signa conuerit, ut
Gallorum sibi arma coniungeret.
His auctus in Brabantiam celeriter
vertit, Louanium, aut Brussellas in-
vasurus, quarum opibus exerci-
tum deficientem tueretur. Etenim
cum nulla saucijs ægris ve corpori-
bus fomenta adhiberentur, omniū
que rerum copia destituti, colibus,
& ratis, radicibusque vitam toie-
rarent, tota castra pestilens conta-
gium inuasit: pluresque rabidos in-
ter, & erumpentes gemitus viscera
ſæue lanfantes, reddebat infelicis-
simas animas æternis cruciatibus,
tot sceleribus in Deum, & Princi-
pem meritis. Nulla hostium cala-
mitas latebat Albanum: & intuens
in fine stare laborem, percusso iam
& one;*

& oneratos malis statuens nouis in-
super premere , Ferdinando cum
maiori parte equitatus , & duobus
velitum milibus iusso terga tueri,
ipse cum legionibus non procul Lo-
uanio contedit . Receptoque in ea
castra filio, ultimam necessitatem
additurus hosti, si etiam viarum fa-
cilitatem adimeret , Hiergis Domi-
num Barlemonij Comitis filium
Tillemontem obtinere iussit cum
legione V Vallonum: Mondragonij
& Xauoris Domino Louanij, Re-
ulxi Comiti tutelam Brussellarum
commisit: rursusque Octauio Curt-
tio cum quatuor signis equitum
Tillemontem missio, adeo in arcto
res hosti posuit , vt desperatione
raptus de inuadendo Albano Oran-
gius cogitaret, nec quidem extra
belli rationem: diuisis enim in præ-
sidia legionibus, vix intra castra de-
cem armatorum millia tenebat His
panus. Sed ea adeo munita, & eo in
loco erant posita, vt dux Albano in-
ferior minorem etiam tueretur

Lateri
inhæret
Alb.

331. *Ferdinandi Toletani Vitæ?*

exercitum. Ergo in eam, quæ citius
rapereat, actus rabiem Orangius,
animo voluebat pugnantia consi-
lia. Cum enim Mola annis antequa-
ni sydere abundans clausisset in Ger-
maniam iter, in Belgium instans
Albanus, Leodium vertit agmen,
Leodius
Orangi⁹
perit.
tranitum amicè peritus. Clivum
animos infensos, & arma valida ex-
pertus, (urbem Hierius, & Mon-
drago cum duodecim vexillis iussu
Albani tenebant) consilij inops, &
exstans ira, vallum iaci iussit; &
manus predatorias sparsit, de hoste
securus, quem credebat procul ten-
dere, cum iam Hispanus quatuor,
& quadraginta stadia ab urbe castra
locasset. Orangius inopinata Alba-
ni celeritate deceptus, credens au-
xiliares copias adesse premissas, ut
primos equites longè anteceden-
tes vidit, audiens vlciscendi clades,
magno in eos impetu vadit. Post-
quam non cedere leues alas, & pe-
ditum fulgere signa conspexit, er-
togetandem cognito, strenue ma-
gis

gis quam eduxerat, recepit exercitum. Itaque in Leodienses fundes, eorum agro vastato, aliquid anno ne comparavit, plurimum odij consciuit. Inde, statuens Condæo se adiungere tertium civile bellum in Gallia moventi, ad Hannoniam dixit præceps iter, templa, oppida, sacra, profana involuens pari rulsa. Horum operum Genilisius mirus artifex erat; qui se impio, & superbo titulo nouæ religionis Vicarium, Deique interpretem ferens, hand *Horrere* villo in scelere Orangio minor, S. *dabare* Humberti fano sacrilegis manibus *ticorum* exciso, depositum factosanctum igne abolere tentauit; ad cuius atam mortales rabido contagio afflati sanabantur. Sed impius Genilisius, ubi patrios fines intravit, sensit ultorem Superuni, rabie supra humanam correprus; & Iisdem manibus quibus templum arcane religiosus excidit, infelix corpus culicerae. *Alb. pre* Albanus, ut deitiationis Orangij *mie bos-*
fui certus, præmisit in aqua etiam tiumfus-
Z. equi. gam.

equitum, qui frumentarijs molis effractis, in vrbes alimenta recipere nt, easque ab hostiis incursione defenderent. Galliæ Regem citis nuntijs admonuit, quantum ipsius interesset, securi hostem, antè quam Gallias obtineret, opprime re: & enixè petebat, promissum olim equitatum in regni limite ob iijceret: nā Catholicus longa itine rum iactatione vexatus vix hostem sequi poterat, nedum anteire fugiē tem. Lupus tamen Acunna à Ferdinandō missus cum sexcentis leui ter armatis extrema carpens recedentis agminis, non leue detrimen tum intulit, nullo prætermisso die, quo non palantes Orangianos, aut tardius sequentes opprimeret. At miles, dum toties vici hostis contemptu elatus, temerarius incurrit, Rhodericus Daualus cæditur, & sauciatur Auila; nec Acunna dum strenuè turbatos recipit, fuit extra periculum. Verum hac leui iactura miles ad obsequium rediens, cons

tantius exeqnebatur imperia, & as-
fiduè instans Lupus, & per compen-
dia occurrens, lapsos in prædam tru-
cidabat. Tot obstantes difficultates
eluctatus Orangius, in Cameracen-
sem agrum erumpēs, Calleuum ob-
sedit. Tenebat munitionem Ioan-
nes VVortus animo ingens centu-
rio, cum triginta omnino præsidia-
rijs. Nec ideo deficiens ille, quam-
uis tanto exercitu, vigintique tor-
mentis petitus, cives, viros, fœnici-
nas, pueros induitos arma iubet se
per muros ostendere, & asperibus ac
cespite aggerare ruinam. Interim
Molienus centurio cum ducentis
militibus per stationes hottium via
patefacta, peruenit. VVortus ex ce-
leritate inopata, audaciaque in-
credibili iuspicatus insidias, et ut
hostem excludeos; quinam, & à
quo veniret, rogauit. Ira Molienus
ardescens, factis respondendum ef-
fe coniectans: iam, inquit, dabo cui
credas; & quis adgit, & à quo missus
agnojces. Signul hæc dicens, imperiu-

Rebelles intuadit; multamque post cædem reversus incolumis, cum equis, & expolijs hostium triumphans admittitur. Orangius omnia obstantia expertos, & itea, non modo iniustum Ducem, verum vaivosa, quæ regeret, agnoscens, obsidione turpiter omissa, Galliam infestus ingreditur; & positis ad Quintinopolin castris, patriæ, non sibi oblitus, Condæi Principis operiebatur arma.

• *Oratiō* 5 *Albanus Foederatorum Germaniæ iter, & consilia penetrans, moto cenniam vi leriter agmine, iuxta Marmolis natus pētit,* mus in Galliæ finibus censit. Inde ad Regem Carolam mittit cūtissimos equites, gratam veniam petens; licet, Galliam intrare armatum, & amicum Ducem, virtutum viriosque Maiestatis interlassum enim non Galliæ minus, quam Belgio imminebat Orangius. Rogauit quoque Guisæ Prefectum, odijs ut politis, & similitate vana, exercitui commeatus, & gratum

daret hospitium, iam pro Gallis
salute militanti. Sed dum vtrumque
que coram Rege formidine fulta,
& prava mora tractatur, Orangius
vltima egestate oppressus, & acri
seditione turbatus, non ultra potes
in obsequio continere Germanos,
soluit exercitum, in eunte mense
Novembri. Venditaque sua, & exi-
lum aliquot Belgarum supellestili,
bellicoque instrumento oppigne-
rato, ut cumque suorum confola-
tus inopiam, parva equitum comi-
tatus manu, quo ratius fugam con-
deret, in Germaniam citus penetra-
uit. Tunc milites sine duce, sine Fugien-
commeatu, sine certo auxilio, disie tunc milie-
sti, egeni, seminudi, tabentes apud tum clau-
se, apud ciues regionis infames, & des-
inuisi, omnes ferme inopia, frigoris
rigore absumpsi sunt; aut contra-
ctis morbis exhausti; vel sauisimo
mortis genere, paganorum trucida-
ti manibus, quos paulo ante incen-
dijs, bellique terrore vexauerant.
Plerosque immisso à Duce equites,

per Lotharingiam, & Alsaciam errantes hostes, Rhenoque agros vicinos oppessere. Dux enim ubi sensit fugam, non dubitans, quam regionem essent petituri Germani, equitum velocissimos sparsit, qui fugientes exciperent. Constans famatenet, ex tanta hominum multitudine vix quinque millia in patriam remeasse. Quæ igitur maior clades inferri potuit hereticis, etiam si Albanus ardua, & fæua acie vicisset? Sed ita victo id quoque tristissimum accidit Otangio, quod Hispanus ea cunctatione maxime intendit, illum scilicet provinciarum omnium, quas incendijs adiuvit, communem hostem ex patre cuius esse iudicatam: nec vitræ spē relictam Belgas amore sequuturos infaustum, & seceleratum militiam, & castra male secura. E contra Belgæ tandem noscerent, quam iusto sub Imperatore fœliciter viuerent, & quanto mitius haberentur sub extenso duce, quam cive; cuius exegran-

*Contem
platio
victo-
ria.*

Et grandia monumenta adhuc fumarent totis campis incendio. Has per artes Albanus, clementiae, & bonitatis laude fundata, sperabat rege, nisi penitus Belgæ excæcati essent erroribus, lætos, & suæ fœlicitati gratulantes excepturos esse viatorum; qui voluisset multum suæ gloriae detrahere, ne suorum calamitem augeret. Ergo Albanus satis certus in diversa ipsarissimæ manus hostem Galliæ fines ingredi non ausus, tamen aliquot sine vexillo turmas per manipulos diuisas inse- qui Hugonotorum^m terga iussit. Deinde fama per Orbem ingens, & gloria maior, denicto Orangio, & cum eo Germania, prouincia ab imminenti clade, & incendio defensa, cum exercitu florente, & incolam triumphans Bruxellas ingreditur. Enim verò si collatis signis, in arduam venisset acié, periculo certè maiori, non laude, & fructu vicisset. Quin potius temeritatis, & ambitionis infelicis non auerteret.

notam; si exercitum quantocumq;
robore præstantem, cum quo salus
provinciæ trahebatur, obtulisset ve-
lut cernicem extentam vni plaga
fortunæ; ut, quod miserrimum est
cladem cum omnibus, vnuſ ſenti-
ret iufamiam. Evidem inter orna-
menta Imperatoris insignia, minia
mam laudem robur eſſe, & in rebus
conficiendis audaciam, magnis cla-
riſſimorū ducum suffragijs inue-
nio decretum. Illa namque in præ-
cepſ rapit eos, quos ſpernendis hof-
tibus incliores fecit rata fœlicitas.
Incerta præliorum inutilis poenitentia,
& ruina certa confequitur.
Occasionem ſi amiferis, aliam facili-
lius inuenias; victoria amittitur ſe-
mel: & ſecurius timetur potens hof-
tis, quam ſpernitur viāus. His atq;
altioribus præceptis ſuos Albanus
edocens, illud Aemili placitum in
ore ſemper habebat: Imperatorem
ſcilicet egregiè fortrem raro colla-
turum eſſe cum hoſte prouocante
igna; niſi cum ſancta neceſſitas,

vel occasio exegit pugnam. Mars enim communis cū fauet etiam ignavis; ledique momento sāpe fusi victores dedere exempla mortali- bus, fortunæ belli legem nullo virtutum pondere figi posse securam.

Orangius quidem maiori copiarum instruções numero, quē precarium ducē tristiora ex cunctatione, quā extemeritate manebant, illam ardens viam tentare deboilicet, quam monstraret vnam saluti fortuna. Cum enim ab euentu, non ratione probanda sunt acta, plenum gloriae est cadere extrema tentando, tunc ac miserrimissima cunctando periire.

6 Par laudibus militiæ, ac pletatis Albanus, postquam impotuno bello se explicit, fessos indixit dies; quibus Deo Victori, & magnæ Matri per aras templaque magnifice ornata preces soleantes ciues atque milites funderent, memiores accepti beneficij, & digni, qui maiora recipierent. Exercitu

*Alb. ins-
tis pro
taro mi-
nereccœ-
lo reddi-
tis, exer-
citū solz
uit.
dein,*

deinde in hyberna distributo, equitem Germanum, & legiones duas, solutis stipendijs, in patriam ite cōcessit. Ducibus, prout quisque meruisset, & præsentes angustiæ patentur, munera, & honores distribuit. dum Rex, ad quem codicillos scripsérat petens, liberalitatis suæ in Belgas daret exemplum, cum satis *Calum-* amplum seueritatis fecisset, iusta *nia ini-* concederet. Verum salubriter tem- *micoꝝ.* perata, & alias importatura reme- dium, si inter sic æ nulatio, & liquor, vertuntur in exitiosa venena. Itaqꝫ Rhodericus, & Spinosa æmuli inde- fessi Albanum immodicæ ambitio- nis int̄mulare cœperunt: magna il- lum præmia exigere, quibus Belgar- rum in se amorem, odio torquæreret in Regen. Quid aliud significare, per largitiones velle exhaustire æra- riū, Priacipem infinitis distētum vna modo cura fatigare; nisi ut bel- lum, quod non virtute Ducis, sed Dei clementia esset finitum, ultra protraheret, & sui necessitatē Re- gi,

gi, post egestatem induceret? Cur pugnam poscente milite, & assidentibus ducibus, non deviciisset hostem timentem, & ignavum? Cur elabi Orangium permiserit? Profecto, ut coniunctis opibus, & euulsis longo incendio regionibus, suam auctoritatem, & gubernationem intenderet. His ac talibus, quæ acerbiora iaciebantur, Philippus aliquantulum motus, reddit a honoscentissimè Albano gratulatione victoriæ, abstinere largitionibus iusserit, & oneribus tributorum Belgis impositis, militare ærarium augere: sibi autem curç futurum suorum merita distinguere, & iustis præmij afficere. Pessimum (fateri certè licet) Rex ciuibus ostendit exemplum; poenales esse flagitijs, non præmia virtutibus. Belgarum quidem animi, cum seueritatis sumnum, non indulgentiæ vidissent, etiam quibus amor, & fides inerat, accensi, & alienati à Rege, statuerunt sua merita, & seruitutem vicisci, in

tempj

*Regis offensio in
Ducem.*

tempus altius ira recondita. Hos
motus præsentiens Albanus, non le-
viter sententia Regis istas, cō cau-
tias agendum sibi esse constitutas;
arcium opera moueri strenuè era-
bat. Antecepit perfecta, validam
manum Hispanorum, tormenta,
commeatus, &c cetera instrumata
belli intulit. Aula tutelæ claus impo-
sito. Provinciæ statu firmato, eis
non beneficium meritis. Carolus,
cum auxilia eius legati peterent,
Hernestum Mansfeldiæ Comitem
cum duobus equitum, tribus pedi-
tum milibus Galliam inuolare ing-
sit, tunc maxime ciuili bello flagrā-
tem. Huius ducis accessus non leue
monumentum attulit Christianissi-
mibus afflictis: eius enim operæ
clara illa ad Moncontarium victo-
ria magna ex parte debetur. Ete-
nim cum prima inclinaret acies,
cum media Comes, cui præerat, in-
furgens Ludouicum Nassauum se-
se strenuè inuenientem exceptit, fu-
ditque ingenti clade. Quo exemplo

Victutis Regios milites iam pedem
referentes in spem nouam erexit,
æmolati onc externi ducis incensos
Auxit ornamenta Albani Pontifex *Aureo*
Pius, galero purpureo, enfe auto *ramo Pō*
gem misque distinto, auteo quæ ratifex or-
mo concessis. Quæ munera divinae *nat Alb.*
Fidei defensoribus affluere dono
dare Romani Pontifices. Dux illa
veneratus, solemni ritu, & pompa è
manu Archiepiscopi Mechlinien-
sis, post celebratum salutis humanæ
sacrificium, in templo urbis maxi-
mo accepit. Hæc dona in Salmantico
num D. Stephani templum transla-
ta, cum honore Religionis sacro in
perenniali asservata visuntur. Albani
enim Duces illius magnificentissi-
mi delubri patroni, opibus, & donis
frequenter exornant, cuis tanta
magnitudo iam augeri non va-
leat.

7 Post tot obsequia for- *Statuā*
tunæ, tot victorias diuinitus, tanta *Alb. erit*
ornamenta à summo Patre data, git,
credens meritò Albanus, nondum
satis

satisfactum gloriæ suæ, æneum monum̄tum, ut sperauerat, manu-
rum in Antuerpiensis arcis area lo-
cauit. Sed frustra, ut opinor, & ex-
pla docent, statuuntur monumenta
gloriæ, quæ non amore fundantur:
nec enim possunt diurna esse, in
quæ ciuium odia conspirent. Sta-
tua erat pedes quindecim alta ex
tormentis æneis captis ad Ama-
sium amnem conflata, veros Ducis
vultus lineamentorum notis effor-
mans; detecta caput; dextrum bra-
chium nuda, & in urbem extentum
prout amor, vel odium interpreta-
tur, minanti, aut pacanti simile. Pe-
des geminas effigies aduolutas mi-
rè premebant: his plurimæ manus
ficerant, crumenis, securibus, sagit-
tarum fascibus, alijsque insignibus
Gheusiorum rebellionem cæptan-
tiū armatæ: velata ora laruiserant,
circumpendentibus collo laguncu-
lis. Ingens profecto ex emblemate
argumentum ostensum cum Strata
differendi, & cæteris auctoribus Al-
bano

bano nōmīni infensis. Ego autem,
 inuidiæ commentis spretis , quid ^{Einsim}
 hac in parte studium, & nostra fides ^{terpretat}
 inuenit, sinceræ veritati non sub-^{tio,}
 traham. Quæ forsitan minus proba-
 buntur, quod minus liuoris habeat,
 & calliditatis suspicantis ingenij.
 Verum non semper acutiora tela,
 quæ improba, nec sunt pulchriora,
 quæ nocent. Suam etiam venusta-
 tem habet, & dulcedinem vera do-
 ctrina, non prima specie fallacem,
 sed intimis ornatam , & conditam
 sensibus, quibus non scioli fruuntur
 sed verè sapientes. Significari cœnè
 voluit Albanus , Hæresim , & Re-
 bellionem a se extintas, etiam fuis-
 se calcatas, non ciues afflitos. In
 hunc sensum , cum manus hæreti-
 corum certis insignibus armatas
 ostenderet, facies velavit; quasi ig-
 notum cahos, nō Ordines Belgij cō-
 cidissent: velato enim ore, quod sin-
 gulos distinguit, cætera commune
 acelus emonstrant. Dextra verò nu-
 ga, & extenta pacem indicat; caput
 detra-

deterium, & facies benivolentiam
in ciues aperit, & animi claros af-
fectus. Cætera armata signifi-
cant, corpus rei publicæ instruendum
& Gubernatorem esse paratum, ut
cædes atque arma redderent, si in-
grati obliata beneficia contemne-
rent. Ita nudam dextram offerebat,
comprimens leuam armatam, pri-
mum locum clementiæ dedit. Mac-
morea in basi talis incisus titulus
Clarius sententiam protulit: Ferdi-
nando Albarez à Toledo, Albie Ducis,
Philippi II. Hispaniarum Regis apud
Belgas Prefecto: Quod extincta sedi-
tione, rebellibus pulsis, Religione procu-
rata, iustitia culta, Provincijs pacem
firmaueris: Regis optimi ministro fide-
lissimo possum. Basis latera ins-
cripta erant multiplici emblema-
tum sensu, quem ad suum quisque
traheret, maligne interpretatus in-
uidiam. Extremo in margine lege-
batur: *Iungelingi opus ex ere captiuo.*
Quia adeo superbè eminentis titulus
non modo Belgas incendit, verùm

Rho

Rhodeticum Spinosam, ceterosq; *Inuidia*
 æmulos inuidia concusit. Et in Re-
 gis aula umbratiles daces volupta-
 tum, armati laudes, & trophæa op-
 pugnantes, acerbiora sibi odia apud
 posteros conciuere, quam apud Re-
 gem Albano. Etenim hoc factum
 etiam Catoni iudici probandum
 est; aut clarissimi omnis memoriam
Ratio defendit
 Reges, & Imperatores damnandi.
 Magnus Alexander non suas modo
 statuas, sed etiam suorum ducum
 colere hortatus est ciues, viatos cō-
 pulit. Pompei in Pyrræo iugo,
 omniumque Cæsarum, & orato-
 rum in Curia, in foro vise batur ima-
 gines Non Camilli, & Fabij, non
 Scipiones, alijque Romani duces
 eo honore caruere. Nec Magnus
 Constantinus, & Theodosius, alij-
 q; Principes notæ moderationis &
 pietatis eum honorem spernendum
 censiuerent; per quem res gestæ, vi-
 riæ, laudes, & domitaæ nationes im-
 mortalifamæ traduntur. Adeoque
 sitatum fuit oīm, cum regi ma-

ior cura, & ardentior veræ gloriæ
cupido, erigere trophya, ut nullum
egregiè factum sine ea dignissima
commemoratione transigerent. At
que utinam triumphorum decora
nostram ad ætatem durassent, quæ
ingens incitamentum fuerunt
Romanæ virtuti. Quod in Vi-
ta Albani Ducis tradit Rochæ Co-
mes, extra fidem est; Philippum sci-
licet, & Albanum tantarum re-
rum experientia firmatos, tam fu-
tile, & inane commentum machi-
natos esse, ut hic statuam erigeret,
quam ille imperaret euerti, sic in
Gubernatorem populorum inuidia
conuersa. At Philippus etiam odij
contemptor longè aberat à rā pue-
rili dedecore, ut consilijs suis fabu-
las irridendas obtenderet. Nec id
ingenium erat Albano, ut tot bello-
rum gloriam, eam inuidiam con-
stantiam, eam fidem incorruptam,
& laudem veris, & profuturis obse-
quijs contra inuidiam quæsitam
gurpi adulacioni submitteret. Sed

id

id quoque traditur.

8 Interea Germaniæ Prin-
ceps, cum Orangium ab Hispano
premi nuntiatum fuisset, ad Cæsa-
rem Maximilianum expediuerant
legatos orantes; sua auctoritate in-
tercederet fatali discordie; Belgicas
prouincias Imperio subiectas suo iu-
re componeret: quod si cunctaretur
grauia iadè bella, arma, & clades
arsura; quorum pars non exigua in
eum redundaret, qui male regendo
populos, ut se in Maiestate seruaret
domumque suam opibus Hispanis
nitentem, faceret iacturam reipu-
blicæ. Nec vires, atque animos,
quamuis eo sedente, Germaniæ de-
futuros, quibus sacri Imperij decus,
& gloria, ciues, sociosqne exter-
no ab hoste defenderet. Ad vici-
mum minabantur, iam se Regem
Romanorum creaturos, qui tot ma-
lis subuenire posset, & vellet. Hac
Cæsar denuntiatione percussus, in-
dies turbatus magis, ac timens, ne
domui Austriacæ inimicum lege-

Cæsar
fratrem
in His-
panias
mittit,
postulâs
ut Bel-
gio amo
ueretur.
Alb.

§72 *Ferdinandi Toletani Vitæ*

rent, sub quo etiam religio diuina
concederet, satisfactus eorum vo-
ris, fratrem Carolum in Hispaniam
misit ad Regem. Ille Philippum
adiens, quæ attulerat in mandatis,
exposuit: Belgio nimis euoca-
ret Albanum, qui non modò eas pro-
vincias, verum cunctam Germani-
am extremas in iras concitauerat
rigida severitate, & dominatione
superba. Daret Principem Austria-
cæ domus, cuius venerationi assue-
ti Belgæ, cum amarent, & colerent.
Conspirasse Imperij Septemviro,
nouum Regem, & successorem Im-
perio datus non ex Austriaca gen-
te, quam ob inuidiam acerbaque
In Hispanos odia excludere Germani-
am tentabant. Nec paucos inclina-
re in Galliæ Regem, qui Germani-
am tenens, Belgiam quoque in-
uaderet, prudenteribus ciuibus. Non
latuit regnandi veterem, eo Cæsaris
consulta tendere, ut Provinciarum
gubernatio fratri continget. à
qua sententia multum abhorrebat

Philipus, tunc præsertim, cū Austriae Gubernator regnum posset inuadere. Nē tamen Cæsaris Maiestatem, & preces minasque Germanorum videretur, spernere, rem distulit in tempus, velut discussurus grauiori consilio. Eo adhibito, Albanum aliqui amouendum, & puniendum manifesta seueritate cērebant. Sic Regis famæ, & decori consalendum per vnius ciuis infamiam, ut palam staret, quidquid sauum factum, non Principi euenisse rigore, sed instinctu Ducis: sic Germanos, & Belgas æternum sibi firmari, si inuidiæ auctor punitus testis esset, quanta Rex in suos clientia, & bonitate ageret. Moderatius Spinota censuit, amouendum quidem Duce, nullumque adhibendum honorem ob cladem, & viatoriam ciuilem, dignum tamen poena non esse. Inde progressus ad discri-
men imminens, orationem clausit, affirmans, aut pacandas esse grato beneficio Germanias, aut Gallias

Censem
inimici
eum esse
punien-
dum.

Regem Imperio, & Belgio potitu-
rum. Ingrata Regi fuit omnium ora-
tio, & multorum ambitio manifes-
ta; qua seuere increpita, ostendit,
non se adeò incuriosum esse famæ
sux, & inhumanum, ut optimo, &
fidissimo duci pro tantis meritis in-
uidiam, & supplicia effet redditu-
rus. Quem deinde Regis sui impe-
ria coustanter exequi ausurum, si ea
explesse induceret irarum, & suppli-
cij discrimen? Malle Belgium amic-
tere, quam tantæ obstinationis, &
efferae inclemencie exemplum dare
mortalibus. Nec sibi defutura ar-
ma, & vires, quibus Germanias pre-
meret iam opibus vietas: Gallias au-
tem ciuili bello implicatas de salu-
te, non de Imperio contendere. At-
tamen non est ausus palam monstra-
re sententiam, donec certi nuntij
ab Albano retulissent; Germanias
concidisse robur, & Galliarum au-
xilia; Orangium deuictum; Prouincias
quietas esse, & pacem vndiqs
immotam. Tunc de munus referato

*Rex ali-
ter sta-
xit,*

*Et Cæs-
ri respon-
det,*

pe-

pectore, Austriaco sine cunstatione respondit: Nullo sub foedere Imperij Belgium esse contentum: Albanum, instantibus belli curis, & haereticorum rabie minante, euocari non posse sine fama detimento, & iactura reipublicæ, hanc vnam, & intimam causam esse, ut eum amueri cuperent, quem sensissent contra minas, & terrores inuidum; quem scelerum experti vindicem, eius pietatem, & constantiam impij timerent. Cur igitur strenuo, & fido Gubernatori tantam ignominiam imponeret; qui non crudeliter, & superbè, non odijs priuatis in sequutus Belgas oppresserat, sed exulcerato vulneri ferrum atque ignes prudens, & constans adhucbuit? Preces vero armatas se nunquam audiuisse. Et quidem sibi fore curç, ne Austriacæ gentis Maiestas, & decor sub inuidia Hispana conciderent: nec quidquam ausuros esse Germanos in eam machinari, cum eorum vires atque arma in Belgio

*Legatis
Germano-
bor. Alb*

fregisset Albanus. Is autem Regis voluntatis satis certus, & de constantia sua abundè securus¹¹, legatis Cæsaris, & Principum Germaniæ responderat: Deprecandum esse Philippum, qui leges viætis dare posset, & pacem: verterent ferociam in preces; magis errori ciuium profuturum, violatam Maiestatem supplici confessione reuereri: saum esse efficere, vi Orbis agnosceret, salutem omnium positam in Regis voluntate, sua in dextra victoriam.

*Hispas-
nos inter-
Britas
nos cri-
tur gra-
uedissi-
dium,*

9 Hæc dum graui dissen-
su Principum in Hispania, & Ger-
manijs tractantur, iactis seu incen-
dio seminibus, non levem solici-
tudinis causam, & malorum initium
adiecit Elisabetha Regina. Quinq;
naues Cantabriæ vi tempestatum
pulse, ait aq;æ metu prædonum,
amicos Britaniæ portus intraue-
rant. Regina ubi quadragesta au-
reorum millia in Belgium fegre cog-
nouit, muliebri aquaritia allecta, in-
sus;

super ingenita nocendi libidine, pecuniam redegit in fiscum. Legatis, precibusque Albani clausit aures, subdole innectens moras, & fingens, regni necessitatibus coactam occupauisse eam pecuniae sommam, quam tamen ad negotiatorum Genuenses, non ad Regem pertinere cognouerat; & se dominis non sine iusta usura in tempore reddituram. Albanus cognita obstinatione Reginæ, non ignarus addi sibi Britanniam, sed certus alioqui infensam odijs erupturam, omnes Britanos mercatores in Belgio negotiantes resiuit, & idem fieri in Hispania curauit. Reginæ per damna ciuium cupiens immensam summi auri explere, & ipsa negotiatorum Hispanos in Britannia agentes, intercipi, opesque eorum iussit in tabulas ærarij referri. Sed etiam eadem tempestate quindecim Lusitanorum interceptis nauibus merce Indica onustis, quæ ignorare inter utramque gentem dissidijs Britannis

378 *Ferdinandi Toletani Vitæ*
niæ portus appulerant , tam quæstuo-
tæ litis fœnore delectata , Vi-
tellium missum ab Albano lega-
tum finiendæ discordiæ , Londi-
no iussit è vestigio excedere , aut
causam , quam procurabat , omit-
tere . Vitum ire iniuriam arde-
bat Albanus , & iacturam pecuniæ
compensare Britanniæ ruinis . Obs-
titit eius ardori belli ipsius impor-
tunitas , & rei naualis inopia : nuntij
præterea referentes maiores adhuc
vires moliri Germaniam , auertere
ab arduo consilio . Itaque in ido-
neum tempus ira , & vindicta sepo-
fitis , mercatoribus utriusque par-
tis dimissis , rem utcumque fini-
uit . Hinc ad egestatem redactus
Albanus , cum nulla ex Hispania in-
ueherent auxilia , conuersis allo
Regis curis , & immensis opibus ,
quas in exhaustis venis fundebat
America , suspensam trahebat , &
errantem mentem per cæca , & se
oppugnantia consilia . Quippe mili-
tiam soluere prope dementiam

erat

erat, inter assurgentis belli terrorem eosdem enim milites haud segnis hostis suis castris adiungeret; alienaque virtute, & fortuna instru-
ctus vacuas praesidijs urbes inuaderet, quas traderent laeti ciues, id vnum iupra mortale gaudium op-
tantes: tandem destituta à socijs octo millia Hispanorum nullo nego-
tio cæderentur; & Dux inermis, suo met milite, & artibus victus cade-
ret. Ad vexillum autem retinere egenos, & in seditionem paratos, haud erat extra periculum: quippe hostium promissis fide mercenaria corrupta, urbes atque arces dede-
rent, & tuerentur aduersus Ducem ingratum, vel sparsi in prædam ci-
ues iniurijs prouocatos accende-
rent. Quapropter Albanus inter pre-
cepta suæ mentis tradidit, paucis, &
laeti melius bella confici, quā one-
rosa, & turbante multitudine, si
commeatus, & stipendia deficiant.
His inductus, arma retinenda, &
nullitem ab egestate tuendum esse

cons

*Alb. ino
piacogi-
tur Bel-
gis tribus
tūmpo-
nere.*

constituit. Litteris ergo fatigabat Regem edocens, quam in arcto res politæ Hispanorum essent; & quam triste, & pudendum, cum maiores vites sint Regi, pecunia tantum via ei, qua omnes superabat; eiusque castra invicta armis inopia laborare, cuius aula, & regnum opibus otiosis florerent. Sed graue erat Phillipo intestino Mauritanorum scelere implicato, & in communem hostem meditanti classem, in Belgium opes, & regni auxilia transferre. Itaque Albanus delectus spe sua, consilium quidē necessarium, sed exitu infelix inuasit: Belgas nimis cogere, quod ipsorum contumaciabellum arderet, iuis opibus alerent: id quoque fore credidit in partem securitatis, & poenæ. Si namque in perniciem versa arma, que talutaria putauerant, sentirent, ea auersarentur; & causam mali Orangium loco hostis haberent. Re igitur cum Phillipo communicata, & co probante, ingenstributi

onus imposuit: rerum mobiliū scili-
 cet quoties venderentur, decimā, ^{Belgarij}
 immobiliū, vigesimā, omnino ve- ^{tumul-}
 ro centesimā partē. Qua postulatio ^{tus,}
 ne ultra modū concitati Belgæ, gra-
 uiorem in pecunia iactura, quam
 sanguinis, ostendere dolorem. Ar-
 ma, cædes, & exilia potere; voces
 in coelum, questus in Duce m funde-
 re, saeuasque minas iacere: pars do-
 mi se claudere; multi in publicum
 lymphati ire, clamitantes, se ante
 morituros, quam adeò acerbum
 onus seruitutis noti in libertate su-
 birent. Brusellas Ordinum Delega-
 ti conuenerant significantes Alba-
 no, decimam omnino solui nō pos-
 se, cum enim toties tribuenda es-
 set, quoties lana præserium vende-
 retur, mercimonia textilia, quo-
 rum maxime artificio Belgæ pol-
 lebant, opifices, & mercatores insi-
 lenti pretio exterriti omitterent,
 alias ad vibes, & regiones tenden-
 tes; cuium quoque egena multitu-
 do, quæ ijdem alebatur operibus,
 pallerrimam, & infestam patriam

nō inuita relinquere: tristius enim est carere vitæ gaudijs, quam patrīx. Sed etiam dīlissimos, & frequentes populos in vastam solitudinem esse vertendos; & vnde securitatem, & auxilium peteret, fericiores exituros hostes, & bella. Flammados incendio Belgas, cum intueantur, viscera sibi conuelli, ut alātur, quos oderint; quos iugum seruitutis, & tyrannidis instrumenta credant. Hæc eadem Hispani duces censebant orantes, ne tam præcipiti consilio noua arma conciret. In hos præsertim ira

Amici duxus Albanus: Date ergo, inquit, ostendite minus deruptum iter; este lusaces, sequar. Cum omnes defixi tacerent: rursus inquit: Si aliud Belgij mouent. conservandi iter non adest, quid male consulti amici, & importuni grauiissimas curas meas oneratis? Quid Rebelliū conspiratis audacie? Cur sententiā nostrā, quam necessitate expressam esse non ignoratis, arguitis? Friuola est, & irridenda sapientia, qua et tan-

dem exequenda moratur. Periculi ob-
uersantis causæ non latent, & nodi,
quibus induimur. Sed ea est viro forti
digna prudentia, quæ cuncta luce sua
discernens eligit minus nocitura. Arma-
tus ego Belgas timere non noui; iner-
mis expauescere debo. Igitur armatus
sim oportet, licet inanes questus vol-
uant, & nos vanæ ostentatione irarum
assiduè fatigent. Sic contra Germana,
& Britannorum arma instruti, eas
veras, & potentes minas superabimus.
Nam Orangius non libertatem ciuium
sed dominationem suam cupidissimè in-
tendit: & Germania iris accensa non
Belgium, sed clades suas, quas nos im-
posuimus, vindicatur se accingit.

10 Ergo Dux armatus Erroris
habens necessitatem pro iure, & veniam
pro sententiæ arbitrio victoriam, à Ponti-
nihil cunctanter egit, quo tributum si ce, &
vel à resistantibus poenas exigeret. Rege in-
Aliquot vrbibus imposuit grauia dultam
præfidia; alijs ademit privilegia, & promul-
ganda Principum; alias subegit gat.
protinus dare centisimam: & alij
præ-

præsenti ære exactionem tributū
redemere. Non paucę prouocauere
ad Regem, promissa centesima,
eam omnino exoluere Belgas posse
testantes. Grauius hac prouocatione
exulceratus Albanus, ardebat
contumeliam potestatis vlcisci: sed
gearus quam acerba in se circum
Regem odia flagrarent, expectan-
dam censuit ab Hispania respon-
sum. Interim mitigaturus benefi-
cio animos, errorum, & turbarum
veniam à Pontifice, & Rege indul-
tam iussit promulgari. Hoc munus,
sicut cætera, magnificè præstaturus
omnium Ordinum frequentia ad-
stipatus, Antuerpiæ templum maxi-
mum Diuinæ Matri sacratum intra-
uit. Soleanni supplicatione, & sacri-
ficio ritè peractis, Cameracensis
Antistes litteras à Plo V. largitas re-
citauit; quibus hæreseos veniam
condonabat Belgis ample faubre.
Vespere eius diei nobilium agmine
comitatus Albanus, sacro cinctus
gladio, & rectus galero purpureo,

solium auro effulgens in circo ma-
 ximo erectum concendet. Conue-
 nerat suspensa, & auida multitudo
 Belgarum, pars, ut audiret, pars, ut
 turbaret audientes: non cunctis ten-
 sis idem, & animus; nec stetisset
 concio sine tumultu, nec sine peri-
 culo manifesto Albaus, ni armati
 milites turbæ immixti ciuium, se-
 minaces ostenderent. Sic licentia
 cohita, & imperato silentio, præ-
 co iuxta Ducem assistens regium
 diploma recitauit; quo Philippus
 scelerum, quæ usque in eam diem
 cōmisissent Belgæ, veniam libera-
 liter dabat; exilibus modo, & fugi-
 tuis exceptis. Sed cum præconis
 vox ad tantam multitudinem sese
 collidentem permeare non posset,
 spectabant plures, quam audiebant:
 & ex cupiditate nescendi orto tu-
 multu, cum proximos extremi ro-
 garent, à nullo cuncta percipieban-
 tur, turbante rumore. Hanc occa-
 sinem Orangij ministri strenue
 rapientes, immixti densam per cō-

clonem sparsere; & illis Scriptorū aliqui sinistre consonant; tot exceptionibus veniā esse datā, ut conscientias implicaret, nō solueret; quod in super errore imbibito, incautos, & fidētes Albanus opprimeret. Adeò percrebuit rumor inter obstinatos, & deteriora credentes, (an quod exulum dolebant sortem, an quod ultra peccare cogitabant, omniq[ue] absumpta clementia, acrior subl[er]bat sceleratos metus) ut defixi omnes, & cogitabundi discesserint, nullo reddito lētitiae signo, nec festis luminibus urbe coronata per noctem.

*Malig-
nitas &
obsti-
natio Bel-
garum.* Sed per circulos, & rebellionis semina causas doloris augentes, etiam solita ad usum familiarium rerum lumina extinxere ad augendam formidinem. Albanus obstinatione ciuium anxius, nec dubitans, si licentia adesset, noctam in atrox scelus erupturam, arcis milites iussit intentos vigilare; & armatorum globos per urbem discurrentibus te-
mptare;

minaces, sed innoxios ostendere.
 Tandem pertæsus rabiem, & fero-
 ciam, non beneficijs fractas, non
 supplicijs domitas, non armis, &
 victoriæ acquiescentes, tunc rebus
 in speciem securis, Belgio abire
 constituit, & magnam gloriam par-
 tam domum reportare. Oppor-
 tunam occasionem obtulit aduen-
 tus Annae Maximiliani Cæsaris fi-
 liæ pactæ Philippo. Quam Albanus Alb. mis
 exoptans per honorem, & officij sionē pe-
 speciem comitari, revera ut gra- tit à Re:
 tiā eius præriperet, gnarus vali- ge,
 dam futuram esse in animo senis
 Regis pulchritudinem, & floren-
 tem iuuentutem Reginæ, eam de-
 siderauit in Hispanias adducere.
 Concessit Philippus redditum Du-
 ci, non tamen ut comitaretur Re-
 ginam: quam maluit à Ferdinando I
 Toletano deduci, iam Catalaunix
 destinato Præfecto. Causam hard-
 leuem Rex obtendebat: multum in-
 teresse reipublicæ, ne provincijs
 ante vetus Gubernator excederet,

quam nouum salutaribus præcep-
tis instrueret; naturamque ciuium
merita, & errores, fidem, & con-
stantiam singulorum, mores ciuiū,
& quid validum, quid infirmum

Dux methym regiae stirpis virum regendis popu-
mæ-Cæ- lis Belgarum Philippus elegerat.
Iudeſina Sed ille bonus, & mitis, paci ido-
aur Bel- neus, & ciuili concordia, inspectis
gio Pne- difficultatum latentibus nexibus,
fectus. honorem modestè recusabat; ne in
ipsum tot bellorum imminentium
quibus vñus Albanus par esset, onus
incumbens rueret. Hæc tamen in-
consulto vulgata fama rem Hispa-
nam vehementius affixit, ciuium
audacia mota, ut Gubernatoris dis-
cessuri imperia contenerent. Nec

Vnde spes Orā
gij se at- concitando dœfuit sceleri: iam hos
tollit. litteris, & internuntijs, iam præ-
sens illos tentare: arma in Hispa-
nos, arma in Regem pescere: no-
vum Gubernatorem valido cir-
cumueniendum nactu; dum ora-
mij

militum, ciuium fidem, & mores, suaque vires ignorat; dum nulla egregia arte se timendum, aut amabilem faceret: Belgas quoque inclinantes, & iam territos Hispana sauitia, non credituros venire potorem, sed qui magis fallat ostentata clementia. Nunc aduenisse tempus quo Belgium seruitio eximerent, aut aeternam iura libertatis caderent: cum in odio communiverantur, inuisus etiam militi Generatōr, maxime ob desiderium Albani, cuius virtuti assueti, & mirantes, cunctam forunā belli in unius hominis auspicio locatam esse credebant.

Albanus interim, inuidiam penetrans, & æmulorum industriam, excepturus in Belgio Austriacam, eius comitatum magistricē disponens, præmisit Ducem Arescoti, & Norquermi Dominiū; qui Reginam apud Coloniam Vbiorum assequuti, Albani nomine obsequium, & animum deuin-

*Orieur
inter
Hispa-
nos Ger-
manosq.
dissidij*

Etum obtulere. Ille diem monitus,
quo Nimegam esset ingressura, ra-
tes auro, & ostro ornatas cum no-
bilitatis flore conscendit. Dextram
Reginæ veneratus, naues direxit
in litus. Nimegam primam Belgij
urbem sub aurea vmbella intravit
Austriaca, comitantibus Rodol-
pho, & Hernesto fratribus, nō dum
egressis pueritia. Eius iter curabat
Munsterij Archiepiscopus, & mag-
nus Prussiae Magister; quibus salu-
tem filias, & decorem Cæsar cre-
dens, non ante abscedere iussit,
quam nauem illa in Hispanias na-
vigatura soluisset. Hinc inter His-
panos, & Germanos Proceres nata
est occasio dissidij, Federico, &
Ferdinando fratremibus, Magis-
trum, & antistitem conari anteire
patris honorem; cuius inclytæ no-
bilitati, & meritis proximus Regi-
næ locus debebat; quod si Dux
hospitij humanitatem concederet
obstare ius Proregium fauori. Coa-
tra Germani disservabant; Imperij

prouinciam Belgium esse; Cæsa-
reos legatos cunctis honore, & dig-
nitate præstare, quantum Regiæ
anteiret Cæsarea Maiestas. Sed In-
tuens Albanus, Magistrum, & An-
tistitem honoratissimos locos iam
inurbanè legisse, filiosque suos, &
Hispanos duces pellere eos cogita-
re, discordiam eleganti moderatio-
ne finiuit, applicans se officiose la-
teri Magdalenæ Guzmanis. Illa,
comitati fauore reddito, cum mo-
neret, ut gradu dignitatis assump-
to, ad stiparet Reginam: Amavi, in-
quit Dux, me dignum Austriacæ ser-
uum confiteri, si antè tuum esse permi-
seris: id affequutus, maiora sperare non
debeo; sed potest gratia tua, & eius cle-
mencia donare. Insignis erat forma
Magdalena, & formā mirè augebat
dulcis verborum moderatio, & ele-
gantia ingeñij. At tunc humanita-
te Ducis inuitata, & ab æstate secu-
ra, sui certè non auara, iater sermo-
nes iucunditatis, quos milicebat
latus Albanus, tacta Federici spe-

Quod ea
men Du-
cis elegā-
tia fini-
tus.

cie, quia nam ille esset, rogauit; da-
toque à Duce responso, a se geni-
tum Federicum dici, eum respexit
humanius. Sensit Federicus incli-
nantis animum; & ipse non extra
amoris contagium accedens, pro-
prios haust incendia; quibus infeli-
citer Magdalena flagravit. Nam iu-
uenis voluptati indulges, & non ig-
narus affectuum, ex eo die obtulit
fidentius amorem, eam studiosè
coleus, & tacito lapsu se insinuans.
Sed Belgæ, qui toruam arrogantiā
in Duce expectauerant, kæti adesse
occasione, qua Reginæ decore
violato, eius intolerandam super-
biam licet arguere, indoluere, vi-
so tantæ comitatis, & moderatio-
nis exemplo. Hispani contra fusū
gaudio, elegantiam, gloriam, & sa-
pientiam Albani cælo æquabant.
Germani quoquè mirabantur, quæ
amare vetabat iniicia; tristem iam
seuera atate Ducem, inter horren-
tia bellorum educatum, cunctis
gloriæ ornamenti præditum, tan-
tum

sum comitati, & fauori indulgere
potuisse, ut videretur sui oblitus, &
iūuenili ardore raptus, virginis
amori, & formæ, non Reginæ Ma-
iestati cessisse. Die sequenti Aus-
triaca, cum Magdalena eius volun-
tatis, & formæ magistra Ducis ele-
gantiam officiosè mōstrasset, eum
ad se iussit venire; &: *Tu, inquit,*
memor, quām gratum animo nostro
obsequium præstiteris, velim agnoscas,
Albane, nunquam me oblitam, quan-
tum die sterna merueris, edocaturam Re-
gem, qualem virum, & Gubernatorem
habeat in Belgio; cuius ego honores, &
fortunam enixe iuuabo. His se impa-
rem confessus Albanus, id vnum se
in votis habere respondit; sic Deus
Op.faceret, ut minimum illud suæ
voluntatis obsequium esse cognos-
ceret. At quamuis de modestia, &
comitate Albani securus Ludoui-
cus Venegas Catholici Regis lega-
tus, timens, & pertæsus delicatum
Archiepiscopi honorem, Cæsarem
admonuit citis nuntijs; ne eum Bel-
gio

glo excedere imperaret, instare gra
uedisidium. Ergo Magister, & Ar-
chiepiscopus, mandatis acceptis,
Albano tradidere solenni ritu Re-
ginam. Hec quamuis multum ro-
gata, Brussellas recusauit intrare, ne
spectacula, & ludi morarentur iter.
Dux ea opportunitate ingenti amis-
sa, munera tamen obsequij satisfa-
cens, magna ludorum pompa cele-
brauit Austriacam. Stabat iam in
anchoris classis instruta, & perar-
mata; cum intumescens autumni
sydere Oceanus, & ventorum agi-
tatus rabie, quibus ora Belgij patēs-
ta infesta tenetur, longos mouere flu-
ctus cœpit, non leui incusſia solicita-
dine Albano, immodosus augendos
esse sumptus in tanta egestate pe-
ccati.

Nau- At contra spem eius cœ-
get in lum breui mitescens tranquillam
Hispa- maris faciem exposuit: motusque
nias Aus desiderio Reginæ, & nautæ Canta-
riaca. briofelici augurio, classem orna-
Anno tam permisit in altum vela dare.
1570. Bossuarius Comes Belgici maris
Prae-

Præfctus, & Mōdrago cum legio-
 ne armata classi præsidere sunt ius-
 si, sed Priori Ferdinando parere; cui
 commiserat Reginæ salutem, alte-
 rum brachium, vt aiebat, fortunæ
 suæ conceplens. Ergo decimo Ca-
 lendas Octobris (septuagesimus an-
 nus voluebantur) soluta classe (iu-
 uat etiam Ferdinandum sequi, nec
 longè à patre discedam) Britanniae
 fauces ingreditur. Eius maris Prefe-
 ctus cum nauigijs decem occurrit,
 Elisabethæ litteris, & muneribus
 datis, officiosè petebat, vt Austria-
 ea nauigijs malis fatigata amicos
 Britanniae portus inuisiceret, vbi re-
 crearet animum amore, & comita-
 te Reginæ. Id etiam illa litteris eni-
 xè postulabat, dextram amicitiæ
 ostendens, & dulcia hospitum iura.
 Mouebatur in fauorem prona Re-
 gina, & salubre esse censebat, & gra-
 tum amanti Regi munus, si sua ope-
 racum Britannis iam minantibus,
 pacem tantillo impendio firmaret.
 At Ferdinandus instructus patris ard-
 tibus,

396 *Ferdinandi Toletani Vitæ*
tibus, quantus dolus blandis amori-
bus subesset, penetrans, Austriacam
alloquatus ostendit, ea illecebra
captari libertatem Hispanæ Regi-
næ: nihil recti aut veri ex illa spera-
zet, quæ Mariam Reginam Scoto-
rum tam arcta cognatione, fidei, &
amicitiæ pignoribus iunctam cap-
tuam attineret, omni diuino atque
humano iure violato: se autem nun
quam passum classem admoueri
Britannæ; nec aliter posse tanti sce-
leris noxiū fieri, nisi coactum ul-
tima necessitate, quæ premeret. In
hanc sententiam haud difficulter
ducta Anna Præfector respondit, ex-
cusans festinationem amoris anhe-
lantis, & Regis offensionem timē-
tis, si moraretur alio amore disten-
ta: summeque benevolentia littore
ad Reginam datis, fœliciter inspi-
rante veato, Andreopolin Can-
Andrea tabriæ portum tenuit. Hic Fer-
dinandus Gaspari Scunnicæ Cardi-
tellitus, gali Burgensi, & scatri Begerræ Du-
Ctradit si tradidit publico instrumento

Re-

Reginam, & fratres, quos Cæsar in Hispaniam educandi gratiam miserat. Segubiam usque comitatus eam, apud Regem debitum patrijs suis que meritis fauorem expertus, in Cattalauniam rectore vacuam pro- perantius excelsit: quam prouincia regens ostendit, cuius viri artibus, & disciplina esset imbutus. Albanus interim Brussellas reuersus, tributi exactioni intentus, de moderatio- nis forma cogitabat; ne ciues in ar- ma infanos raperet; nec tamen exca- rium militare, & leges inultas pates- retur cadere: cum terrosis ingen- tis nuntius adfertur, aucta de industria cladis fama. Etenim ipsis Calendis Nouembris, agitatis pre- ter modum ventorum impetu flu- stibus, intumescens Oceanus, disie- citis aggeribus partim, partim supe- ratis vndarum nimia procella, ali- quot Zellandiæ superflatus est insu- las; sæuoque verbere cbiecas oras pulsans, demersit quoqac Batauiæ, & Frisiæ litorales campos. Sed cre-

regis le-
gatis
Austria-
cam.

*Et in Catalau-
niā sibi
destina-
tā rece-
dit Fer-
dinand.*

*Mavis
seu a clā-
des.*

uit supra metum ruina, cùm, cessante ventorum flatu, statim tempore se recipientibus aquis, relabens æstas cōcitato impetu traxit secum, quid quid obtinuerant; commotisque fundamentis ædium, multa oppida & vicos absorbut. Quæ pestis etsi hominum septuaginta millia creditur haucisse, maiori tamen terrore finitimas regiones affecit; conuersis omnium manibus in communī periculo, ut aggerum altitudinem, & latitudinem incredibiliter labore, & impensis augerent. Hac de causa Albanus, ne tanto malo territos & laborantes urgeret, suscepit contentione omisit. Itaque medium, quod tutissimum videbatur, consilium eligens, mille equites iussit remeare ad Italiam praefidia, & distulit supplementa legionum. Arces interim, & idoneas vribes munimentis firmabat; in quorum opere vrebatur militum manibus, ut graues sumptus fossorum allevaret, & otij contagia. Sed cum nul-

nulla stipendia soluerentur, & ultima plerosque vrgeret inopia, etiam miles fame debilis, ac nudus laborem recusabat, & praesidia omittebat, inquirens vitæ subsidia. Nec ab Hispania pecuniae veniebant.

Batauae
rebellio-
nis ini-
tia,

12 Coactus itaque Alba-nus onera Belgis imponere, qua-
to post maris cladem mense, edi-
ctum quo ad decimum numum mo-
deratum iussit promulgari Brusse-
lis. Eo auditio, tam furiosa conser-
natio ciuium pectora inuassit, ve-
nientium clausis domibus, pisto-
res etiam, lanij, & tabernarij à quæsi-
tu tota die cestauerint. Reliqua tur-
ba ciuium cum commercio clauso
non inueniret alimenta, clamita-
bat ante aulæ fores, petens aut mo-
dum scueritatis, aut in transgresio-
res legis extrema supplicia. His vo-
cibus turbatus Dux, & iusta indig-
natione tremens, adeò procaci scelere
regiam, suamque auctoritatem
principe in urbe contemni, ea ipsa
noꝝ iubet satellites armatos, quos

Bel-

Belgarum ferocissimos notaſſent, ante tabernarum foreſ ſuſpendere, ut lux ſimul oſtenderet necem, & cauſam. Iam per vrbem diſcurrebat miles, iam extrahebantur nocētes; lictor, laqueus, minæq; p̄ræſtō ade- rāt; nullius tamen poenam perſicie bant; ſic enim iuſſerat terrorē mo- do incuſſurus Albañus. Cūm à Bos- ſuſio Comite trepidi nuntij retu- lere, Brillam ab exulibus captam, & ſeditionem per Batauiam ſtre- nuē moueri. Ergo à ſupplicijs ci- uium, quæ vtiq; non amabat, ad arma versus Albañus, ſuperſedit exactione tributi, ſic diuina prou- dientia adſpirante, ne ardentius agi- tati Belgæ in ſpem omnis liberta- tis affuſgerent; qui ſupra cæteros mortales eius cupidifimi, umbra etiam deluantur, & nomine. Ba- tavi, & Fritij aduersus Romanam dominationem aſiduè rebellātes, magnis cladibus acceptis, & illatis, exempla dedere, grauius eos tribu- ta tolerare, cæteris mortalitatis in- com-

commodis. Cupidissimæ enim gen-
ticum sterile solum natura decessit
fecit industrios, & capaces artium;
quarum usu nativa paupertate alle-
uata, in Prudentiam ne queunt ha-
bere querelam; cuius munera, ni
inertia corruptat, inuenies æqua-
lance appensa esse mortalibus. Ita
Belgis opes charissimæ sunt, quas
non clementiæ, & dono naturæ, ut
regiones aliæ agri vbertate fœlices,
se debere testantur, sed industria
sua, & labore esse quæsitas. Quantò
ergo habentur propriora, & veluti
Inherentia visceribus, quæ auferas,
eo maiori cum dolore conuelles.
Nec adeo Egmontij, Hornani, alios
rumque nobilium, qui sub Alibano
cecidere, representata dura suppli-
cia, in armâ, exilia, & desperacione
rapueret Belgas, ac tributorum mag-
nitudine indicta paupertas. Addis-
cans ergo Principes frequentius au-
xitia, quam severitate turbari rem-
publicam. Quippe miferationem
moget aliena, & in paucos calami-

tas saeuens; sed occurrit flentibus solatiam, se in columnes miserorum sortem posse deflere: tributorum autem onera vniuersos premunt; nec egenisibus solatum adesset, nisi vlcisci se posse, vel perire. Orangius certe suorum ciuium affectus penetrans, tunc deinceps ausus est inuenire fiduciam, cum agnouit intercedere egestatis metum: nullus enim fame interiens, timet gladio perire. Tunc ille irarū repetitis causis, arma in saeuos dominos, , arma in auaros poscens, in ota Germania, & milite ad signa cōposito, in nouū & validius scelus erexit fatiscētem animum: multarumque urbiū fidei per interūnios accepta, asequutus strenue, qua parte virium esset inferior Hispanus. Lumæium Marchiæ è Comitibus vnum cum piraticis nauigijis iubet Batauiæ, & Zellandiæ oras Iauadere. Is impigrè se accingens ducis imperio; multis prædonibus, & exilibus cō-

*Prædones ab
Orangio
immisi
Belgij po
pulatur
eras.*

sociantibus manus, omnem otam,
 quam Amasio flumine, & Britan-
 nicis faucibus claudit Oceanus, po-
 pulabantur classe, infesti, vbi inter-
 mes mercatorum naues occurre-
 rent, fugaces, cum armatus, & vali-
 dior hostis instaret. His tutum re-
 ceptaculum erat Britannia; donec
 Regina, Albani, Hispanique legati
 victa precibus, interdixit regni sui
 oras prædonibus, se uero edicto littoralium vibium Præfetis admoniti.
 Hac denuntiatione territos
 Aquatiles Gheusios (sic à paupertatis insignibus, & vsu piraticæ exules Belgas dicebant) felici sinu excepit nunquam benè à male fadis
 fortuna discernens. Quippe egressis
 portu exorta tempestate secura ma-
 gis statione Britannæ, Vornæ præ- Et Brili
 terucci, Brillæ insulæ portui appli. lam ca-
 cuere quæstata nauigia. Cives pau- piunt.
 corū fraude, & maligna simplicitate
 decepti, credentes, negotiatores Anno
 eis in eas oras delatos tempestatis 1572
 intania, amicum illis portum, & li-

centiam reficiendi vexatas naues
esse denuntiant. Gheusij vt tenuere
portum, arma induti celeriter, ipsis
Calendis Aprilis (annus erat sœcu-
li septuagesimus secundus) occu-
pant urbem. Nec cunctati, quibus
vellet artibus nosci, monstrare, ra-
biem sacrilegam in templa, Su-
perumque effigies conuertunt, liber-
tatem acclamantes, & Orangij no-
mē. Huius victoriae gaudium, quia
assiduas inter clades, & lachrymas
vnum nec speratum affulserat, su-
pra humanum celebrauere Gheu-
sij; confessie quidem leuis esse ar-
ma Rebellis, & quantum ei præsta-
ret Albanus, cuius fortunam, & auf-
picium adeò inuictum esse crede-
bant, vt etiam in absentia lœdi, por-
Tambos tentum iudicarent. Brille prodi-
suius, tione nuntiata, Ferdinandus Tolc-
& Ferdi tanus Comitis Albae. Alistæ frater
nandus Insubrica legionis tribunus qua-
Tolet. in driegentos iaculatores imposuit ce-
feliciter letitè ratibus: iunctisque cum Bos-
tentant, Iugio Comite viribus, & nauibus in
statio-

statione, quam dux itineris Scoletus dixerat ab accessu hostium secundam esse, reliquis, Brillam inuestigant inuadunt. Sed capto, direptoq; suburbio, cum machinæ murales non adessent, ultra ire nō poterant. Hic dum cunctatur Hispani, hostium classis proditas ab Scolteto rates incendit. Quo afflitti incommodo, desperata munitione urbis via etoria, antequam maris æstus iter clauderet, in continentem copias non sine labore traiiciunt. Multis inde laetatus periculis ob perfidiæ contumacem ciuium, Dordracum non sine popularium clade Bosnius intravit. Hinc Delfhabenam, quam ad Moïse ripam muniebant haeretici, veniens, cæsis, qui restiterant, valido præsidio occupat: & ibi à Duce acceptis litteris, quibus magnam ornare classem iubebatur, contendit Antuerpiam. At Osforius, quem Flissingam Belgici maris claustrum iussicerat tenere Albanus, cum tribus Siculæ legionis

vexillis, hostiliter excluso, mæstum
se in Flandriam recepit, eam cla-
dem Ducis nuntiatus. Etenim
Flissin-
gamb re-
belles oc-
cupant.
Flissingenses, cum tres Vallonum
cohortes, & ala equitum datæ urbi
præsidio, impatientes sibi vitæ ne-
cessaria negati, in vicinos pagos
quærendis alimentis discurrissent,
occasione arrepta, armamentario
effraðo, redeunti militi portas, &
infensa arma obiecere: & ingemi-
nantes libertatis nomen, miscentes
sacerdotum cædes, sacra templa de-
volut; pollutisque omni scelere
altaribus, diuinæ etiam Hostias
(horrendum dictu) calcantes, fece-
re experimentum diuinæ patientiæ
ni verius dixerim, nouissimam pœ-
narum tantam libertatem impijs
fuisse datam, ut æterna feruitute
premantur. Post hæc Aluarum Pac-
ciecum Albani cognatum fese obie-
ctantem sceleri, indigna morte con-
ficiunt.

*Concur-
rit infini-*

13 Ad famam rebellionis
Flissingæ tanta prædonum multi-
tudo

tudo è Gallis, & Britannia con-
fluxit, ut in spem venerint, Midel-
burgum caput insulæ inuadere. Eo-
dem ferme tempore Hencussa de-
fecit, uno agmine sequentibus Hor-
na, Halemaria, Edamo, Gouda,
Lugduno, cunctisque Batauiæ vr-
bibus, præter Amsteliodamum, &
Schonauiam Deo ac Regi fidissi-
mas. His incrementis virium hære-
tici adeo insolenter agebant; ut Al-
bani imagines per angulos viarum
figerent monstros auernalibus simili-
les. Assimilabant Ducem inditam Quā pli-
ori fræna mordere grandioribusq; res vr-
adiectis conspicilijs, texebant carbes à Re-
minibus fabulam: nempe Brilla Bel ge defi-
gico sermone conspicilia dicuntate ciunt,
& idè ornantes scenam, Lumen-
ium a tergo stantem, altera tenen-
tem manu fræna, altera imponen-
tem Duci conspicilia depinxerant.
Iam Zellandiæ, iam Frisiæ plurimæ
vrbes defecerant, Zuphania, & Træ-
sisselania sequentibus. Igitur armis
illaturi Albano, (quod iam velut to-

lennem ritum usurpabant) ante bellum cœlo indixere , templis ruita conuulsis, factis imaginibus cœsis, & igne violatis: pios sacerdotes pudendum in modum nudatos lacerare verberibus, hastis, telisque configere, & viscera laniare. Virgines diuini amantis amplexui casto deuotas in fœda turpitudinis loca detrudere; polluto Dei thalamo, libidinem infandam explete, & recusantes immanius trucidare. Levia hæc. Horrendum Sacramentum, fidei nostræ arcanum, & decus, sacro-sanctum Dei corpus, oblitupentius cœlis, & natura, pabulum equorum fecere. Hoc præmisso tam profanis ciuibus sacramento dignissimo, Læmæio procurante, se adegerant in Orangij verba, tāquam vindicis patriæ libertatis. Quæ omnia ex animo proueniebant haereticis, nullo

Causa de fectionis extitit inopia militum. milite obstante seditionibus. Cum enim inopiam famemque sœnam tolerarent, ipsi tumultati seditionis vocibus, relictis ducibus, & signis, fusi per

per vicos, & circumiectos campos, non aliter ac feræ impastæ alimenta raptabant. Interim licebat agitare tumultum, clere populam, & arma præripere ; quibus præsidarios redeuntes fessos, & inermes arcebant. Nec pauca præsidia fuga militum exinanita vi aperta, & armis expalere Rebelles. Præfectis regionum non robur erat, quo in unum collecto, iam hos, iam illos tumultuantes, antequam seditio conualesceret, opprimeret. Tunc deum patuit, quam salubriter statuisset Albanus, vni militum inopis consulere. Si enim habuisset opes, quibus legiones iusto numero, & stipendijs firmatas intra urbium mœnia teneret, nunquam Belgæ cogitare rebellionis facinus, nedum aggredi auderent. Sed Flissingæ iactura non spernenda territus, & pro Midelburgo sollicitus, Federicum, cum Auila, & Norquermio, datis triginta nauibus, auxilio celeriter misit. Federicus, exente Aprili in lito-

410 *Ferdinandi Toletani Vitæ*

*Fundit
ceditq;
Auila
Midel-
burgum
oppug-
nates Re-
beles.*

*Classem
Federic.
vincit,
et capit*

litore VVlacrię exposuit militem
ē iuuētutis flore, & nobilitatis ele-
ctam. Cumque speculatores reta-
lissent, urbem prædones machinis,
& circumducta lorica vehementius
virgere; strenuè explorans, qua hos-
tium fiducia negligentius fernaret
excubias, Liquis Dominum cum
velitibus ducentis Midelburgum
feliciter misit. Sanctius Auila cum
expedita manu iuadens, pulsis præ-
donibus, munimenta transcendit;
inhærensque sagientium tergis, Ra-
muam castellum superat, cæsis qua-
dringentis Rebelium. Inde, auxi-
lijs à Federico receptis, usque ad lu-
cis noctisque diuortium victoriam
sequi non destitit. Reuersus cum co-
hortibus, Ramuæ munitioni aduer-
tit viætrices militum manus: in cu-
ius freto angusto, quod claudit,
magnum vim nauium iuaserat Fe-
dericus, & ceperat. Iam victor terra
& mari Flissinge admovebat exer-
citum, cum tristior nuntius Hispa-
norum gentes exterruit: Valece-

nas, & Montes à Gallis occupatas
 esse, dedentibus ciuibus. Enim ve-
 ro post cruentas, & atroces belli ci-
 uilis discordias, vt cumque cum re-
 bellibus fundata pace, quę finitimus
 prouincijs induceret cladem, eos in
 gratiam suam, & aulam restituerat
Carolus. Colinnius ergo importu-
 no bello explicatus tradidit **Ludo-**
 uico Nassauio hæretici exercitus
 robur, sic vicem amicitiae, & missi
 auxilij gratiam Orāgio rediturus.
 Ille a fratre admonitus, quanta im-
 mineret occasio, Mōtes principem
 Hannoniæ urbem iam antè à ciui-
 bus accersitus inuasit. Non animo
 fractus Albanus, & inter pericula
 validior contra minas insistens, cō-
 quisitores in Germaniam cum pe-
 cunia misit, vt quinque millia equi-
 tum, & tres legiones in amicorum
 Principum ditione conscriberent:
 V Vallonum quoque legi iussit tri-
 ginta vexilla. Sed cum ab Hispania
 missa pecunia tantæ non sufficeret
 molii, rursus ingenti supellecili ven-
 dita,

Montes
 & Valē
 cene de-
 ficiunt,

412. *Ferdinandi Toletani Vitæ*

dita, & non exigua suarum opum
parte vñoris onerata, quadringenta
aureorum millia à mercatoribus
Hispanis exegit. Aullam prædo-
num classes, & Flissingam è Ramua
fatigantem, Antuerpiam, ubi ipse
Cœjet Fe agebat, accersit. Federicus etiam
dericus cum manu dacum conuenerat, ad-
mariti - hibitusque consilio, patrem magnis
mumbel argumentis conabatur trahere in
lum esse maritimum bellum: *Arduam esse re-*
gerendū gionem, *maris seuitia difficilem: vi-*
cina, & opportuna ex Britannia, &
Germantijs auxilia: nec quidquam pro-
cul stare, ubi sit apertus Oceanus.
Nunc verò cum turbati, cum modo ar-
mati audacia, maleorum imperijs, &
pugnantibus sententijs dissiderent, fa-
cile daturos illos Hispano victoriam,
si tantum redderetur impunitas sceleri;
aut si vis placeret ultima, magnus exer-
citus breue, quod occupauerans, solus
Alb. à si castris adimeret. Contra Albanus ig-
lio diffen- natus futurorum, in præsentia du-
tit. ctus, quanta sapientia mortalis po-
tuit, differuit: Validores esse Gallias,

& vicinas magis, quæ Hannoniae finies contingerent: nec Germaniam defensuram, & Orangium, qui non classem in litore, sed Ruremunda cogebat exercitum. Quod si iam valida urbe potiverint, & eam nouis munimentis hostes firmarent; ibi sede bello fundata, iunctis viribus Artesiam, & Brabantiam irrumperent; & inde moto in Flandriam, & reliquas prouincias expedito gradu, cum prædonibus armati ciarent. Non quidem Galliae Regem oblata, quam dudum exceptauerat, occasione clades acceptas in Belgio ulciscendi, quieturum: cuius etiam armis additis, exitium imminens Hispanis fitti non poterat. Sic dū certarent de maris possessione, ventorum, & undarum casus variante fortuna, terras Galli, Germanique tenerent: quid autem amissis terris, maria profu: ura? An maria inueheret terris; an daret classes ipsas Oceanus? An inde vires insumerent, quibus littorales urbes obsideant, & obiectos à ripa exercitus fundant. Primum igitur, insuit radijs oculo-

414 Ferdinandi Toletani Vitæ

rum ardescens, naualium etiā virium
securitatem fundemus: hac enim compa-
rata de victoria dubitare non possum.
At difficilis est Zellandia, & clausa in-
equalibus dorsis, que mare arenas eu-
mens, velut portatiles muros per litus
omne, & freta circumfert; facilis vero,
& plana Hannonia, atque Brabantia.
Sed diuites prouinciae sunt, unde, ino-
pia laborans hostis vires, & opes au-
geat, si obtineat: & iam quantum cla-
dis potest à mari inferri, suscepimus;
nec multum valet extendi. Alteri ergo
parti, ex qua grauius malum imminet,
adhibenda sunt arma. Ars quoque me-
dendi docet, eam autem partem curare,
que in dies maiorem vim morbi reci-
piat; quamuis grasset nr violētior alius,
qui tamen intra certa damna consistat.
At si in promptu sit Gallos expellere, in
hoc ipsoratio nostra persicitur: illis na-
que pulsis, exiguo impendio reddita se-
curitate Provincijs, vicitria, & bene-
auspicata arma vertemus in Zellan-
diā, & Frisiā. Intrare regulam sapiē-
tia habetur, à facilitoribus tentare for-
tunam;

Tunam; ne forsan primum ardua aggressos terror capiat; & ex moratedium subeat, etiam minus ardua tentandi. Cum autem nos senserint Germaniae, & Galliae in acie victores, an creditis ausuras subire incertos maris casus? Necesse est igitur, earum vires circa plana, & nostri iuris loca consumere, ne percaeca, & communia rada nos maris ignaros insequantur, & vincant. Ut ut ista se habeant, maiori consultatione discussienda sunt; ne hominum stultorum more, ineptam cogamur causam ab ignorantia reddere, quæ pudorem excusat. sicut augens, non minuat vicii pericula. Hęc palam Albanus, clementior, non decreto consilio. Sed multum in id propendebat, monitus, gratos esse Regi Carolo in Belgium Hungarorum excursus; ut rebellibus ea in regione consumptis, regnum suum securum haberet extra discordias. Iamque fama attulerat Duce Ecelestę Gubernatorem designatum aduentare, Regis voluntate compulsum,

Flan- 14 At prædones, nauigijs
 driæ præ adfluentibus, & copia militum, au-
 dones ir dentes maiora Zarazum cum duo-
 rūpunt. decim armatorum millibus in Flan-
 dtiam iubent traijcere, & ibi fidem
 ciatum spe, & metu tentare. Ille
 strenuè in litore exponens armatos
 aliquot vicos incensis, Brugensi vi-
 bi copias admouit. Inde hostiliter
 pulsus, Ganduum venit, minitans
 excidium, ni secum arma sociatēt.
 Et pellit Verùm aduersa cuncta expertus, &
 tur cum citò sentiens munitam vibem eſe
 clade. Hispano præsidio, sparsit incendia
 campis, suæque immanitatis reli-
 quis monumentis, & odijs, non sine
 clade recedens, concendit strenuè
 naues, Flissingensibus latus auxi-
 Valence lia; quos Bauboris Comes válida
 etas His. cum manu premebat. Interim
 recipiunt Ioannes Mendoza, & Mottæ Do-
 minus, cum legione V Vallonum,
 & tribus equitum signis, fusis ino-
 Clara pinato incursu Gallis, Valenteinas
 Rhoder. receperant. Sed clara ante omnes
 Zapate extitit Rhoderici Zapate expeditio;
 expedit. Quod;
 tio.

quam eadem, ac ipse confecit, celeritate percurram, Monitus Is, Robo-
Iem cum nauigijs octo Brilla egrefsum in Rhirsburgi cladem, quadra-
ginta modò comitatus Hispanis in
littus acurrentis, ad naues hostem
compulit, magna pro loco, & nu-
mero clade multatum. Cum au-
tem tela, & commeatus defecisset
nec unde pararet haberet, circum-
septus vndeque rebellibus populis,
vltima ausurum virum fortē cre-
dens in extremis angustijs, rursus
Haga, cui præerat, egressus cum tre-
centis velitibus, & sexaginta hasta-
tis Hispanis, hæreticorum octingē-
tos in via fudit; qua per hostes ferro
patefacta, Amstellodamū intravit.
Ibi commeatu, nitrato puluere, &
telis acceptis à fidissimis cluibus,
flexit in Hasperandam iter:nam pri-
mum, quod habuerat, interiectu
annium, & canalibus impeditum,
incisis quoque pontibus, frequens
hostis insederat. Sed alteram viam
iam ab Harlemo missæ tenebat co-

hortes armatae; & Robel cum pedibus sexcentis aduenerat. Rhodenius, quo magis instabat desperatione salutis, eò fidentius inuadens, Robole ipso capto, ceteros fundit, & cedit. Hananc deinde incenso, Sancfortium venit, mitsique speculatoribus cognito, in armis ciues esse, & recepsisse praesidium, nonnullum tamen munitionis opus esse perfectum, inuadit acer oppidum, nullumque promptissimis casis, seuit in ciues; & quidquid commatus potuit abradere, vehiculis imposito, tectis faces iubet inferri. Non procul Lugduno ventum erat cum mille, & quingenti Rebelloes, tormentis viginti eductis urbe, & instructovallo, satis fidentes occurserunt. Hispanus ratus, iam se fundit omni periculo, parum per subtilitatem, noua acie turbatus. Deinde certò agnoscens, aut vincendum esse, aut cum spe salutis amittenda committu, & puluere onusta vehicula, alterum gloriae proximum consilium

elegit. quamvis arduum, & temeritatis plenum videbatur. Sed ignavos hostes eadem fortuna belli, & virtus Rhoderici non multo cum labore prostrauit. Trecenti cæsi sunt, tormenta in amne demissa. Quo strenue superato, tot difficultates eluctatus, triginta modo socijs amissis, septies ab hoste petitus, Hagam septies victor intravit. unde noctu dieque prædas agens, militi alimenta, & sibi gloriam comparans, Batauiæ campos reddebat infestos.

15 Hæc erat turbati Belgij facies, cum Ecclesiæ Dux quinquaginta nauium classem applicuit Flandriæ littoribus. Insigni pompa ab Albano Brussellis exceptus, comitate, & elegantia certauit. Sermone urbano finito, causam rogante Albano ad eas oras accessus: *Veni, inquit, clarissime Imperator, sub te militaturus; ut tuos receptus inter milites, virnitatem, & veræ laudis artes addiscam.* Tunc Ferdinandus: *Ego*

Dux Ecclesiæ Gis
bernatus
accessus

Ducum
comitæ

potius per Deum immortalem, qui testis adest nostro colloquio, exceptarem tuas equi vexilla. Sed planè ingratus essem, & patriæ, & amicis saus proditor, si tuum animo nostro charissimum caput, Hispanijs clarissimum lamen insanis tempestatibus extinguendum abyciam. Eò enim verum est ventum, ut non aliis hanc concussionem Belgarum, & Orbis effuantis motum in se vultat accipere, nisi qui similium casuum, & bellorum expertus, magnis iam cládibus terroram Gallis, & Germanis incusserit. Nos toties victores, tot instructi artibus, quibus regendi sunt Belgæ, & vincendi Germani, extitum fersan inueniemus, inter terrarum incurrentia arma, & compugnantes fluctus Oceani. Te autem quantocumque animo, & virium magnitudine instructum ignoti fluctus obruent. Bellorum inexpertus es; non regionem, non hastum arma, non ora militum, non ciuium mares, non quid validum, aut infirmum nosisti; non acies instruere, non casus pancre, non denique fortanam vero.

eantem, aut aduersam. Si autem huc venissemus, cum populis id a pace quiescebant, tunc in orio ad bellum tuam egregiam indolem formare licet. Nunc omnia abrupta sunt; nostra, aut hostium clades in momento versatur; nec quidquam agi potest, nisi incendia, raptus, exercituum atque urbium cruenta certamina. Indignum praeterea esset, nos tibi pericula, & inuidiam reliquissim; cum æquum videatur gentium iure, ut gerat ille bellum, qui intulerit facem: & si iustus suscepit, gloriam, si temere, reportet infamiam. Itaque amice, quamuis dulce nobis esset, & summa voluptatis, tali in rerum articulo domū cum gloria parta discedere; tamen cum re publicæ intersit, & Regis, non laborem pericula, incerta belli, & extrema pati recuso. Ad hæc Ecelestus, gratijs pro Contenuo benevolentia redditis, obtendebat dit Ece Regis imperium, suæque famæ de lestus sūcorem: nimirum datas sibi regendas Prouincias; nec eas nisi inuitatum omissarum, quas per vulnera, class, & mortem tueri deberet, ne indig-

422 Ferdinandi Toletani Vitæ

nus haberetur, & degener à tanta
gloria maiorum Albanus: *Inuitus,*
inquit, ni malueris sponte, Belgium
omittes: nam ego Regis voluntatem,
ser ne- *quam ipse moverim, interpretatus ag-*
at Alb. *nosco, te in pacem, non in arma missum.*
Nouos tumultus, flagrans bellum,
si ante quam solnisses ex Hispanis oris,
retulissent nuntij, tu nunquam fuisses
electus, ut animi tui leta bonitate fran-
geres minantes, armatos. Nec tuam
famam, & decorem lœdimus; sed negan-
do, quæ nocitura sunt, utrique consulim-
us. Sin autem inde inuidia sit orta, in
me eam suscipio, qui inermem, & inui-
sum violentus, & armatus exclusi-
rim. Nec moratus vitra, classem,
millitem, & pecunias exegit. Hinc
fama incerta percrebuit, qua nos-
tram ad ætatem delusi seniores,
auiditate ingenita minoribus nona
tradedi, imposuere nobis errorem;
tentauisse Ecelestum legionum si-
dem; an futuræ essent in obsequio,
si quidquam gravius in Albaquum
censeret. Quantum id scelus à mo-
do

do veritatis abhorreat, mansuetudo
 Ducis, & probitas ipsa declarat;
 quamvis alia argumenta eius inno-
 centiae in multis probatae deessent.
 An homo nisi extremè sceleratus,
 & vecors potuisset velle, Provin-
 cias tunc maximè accisas exitiosam
 motu turbare? An credere, milites
 sequuturos spōte ignorum, relicto,
 & prodiō duce, cuius sub imperio
 tot ardua bella gessissent; cuius
 amorem, & virtutes hauserant, mi-
 rantes eius aspicium? Ingratus ni-
 mirum ille esset, ex quo uno salus,
 & spiritus exercitos pendebant;
 quo nisi incolunt, & in acie stante,
 saluos se esse non posse fatebantur.
 Ecce Iustus quidem, postquam prima
 ira finita, quales in provincias ve-
 nisset, agnouit, quæsitissimis affe-
 tibus gratia, & voluntate explicau-
 tis, non erubuit coram Albano fa-
 teri; optimo beneficij genere se esse
 donatum; nec aliam ab amico Du-
 ce mentem sperare debuisse; cum
 non aliam ob cupiditatem voluiss-

set in se transferre pericula , nisi ut
senem ducem florens ætate , & viri-
bus alleuaret onere ; quod tamen in
uenerat suis viribus impar , sed cui
attollendo vnuis vetus Imperator
abundè sufficeret . Albanus lenitate
& elegantia Ducis , cuius olim bo-
nitudinem amauerat , in favorem du-
ctus , ei Prouincias , & imperium
obtulit , dum sibi belli administra-
tionem , vt legato concederet : nec
recusaturum , ei sacramentum dice-
re , & secundum haberi à tanto vi-
ro , quem amicus coleret , miles de-
fenderet , & præceptor instrueret .

*Ei tamē
Prouin-
cias of-
fert , dñ
militare
imperiū
sibi per-
mitiat.*

*Id cons-
tantius
Eccelest.
abnuit.*

Cum Dux negaret constanter se tā-
tum dedecus admissurum , vt infra
se videret , quem supra Reges etiam
collocauerat ingens gloria virtu-
tum ; rursus Albanus ostendit hospi-
tium , donec pacato Belgio , impe-
rium ei posset dare securum . Id quo
que abnuente constantius , classem
ornari iubet , & addi milites , quibus
securus à piratis ad nauigaret Hispa-
nias . Litteras post hæc ad Regem

misit exponens causas à se cæpti
consilij. Celebrata est fides, & con-
stantia Albani, qui Belgium pac-
tum volens, turbatum, & accusum
recusaret omittere. Deinde supra
modum firmatus noui militis, &
classis accessu, conuocatis in Sena-
tum ducibus, ad maritimum bel-
lum inclinabat Albasus. Sed cum
trepidi retulissent nuntij, Ludoui-
cum per Hannoniam militem lege-
re fauore popularium insigni; inter-
ceptas esse litteras, quibus nonnulli
Brabantæ populi arma, & multo-
rum conscientias offerebant; &
Colinnium contrahere magna au-
xilia Gallorum, tenuere suspensum
Rursus incussere dolorem, &
an-
xietatem animo litteræ redditæ ab
Hispano legato; quibus monebatur
Christianissimū Regem Hugono-
tis imperasse edicto seuero; aut pro-
tinus seditiones, atque arma depo-
nerent, aut extra Galliæ fines, si bel-
landi amor esset, emitterent. Quod
verè fuit signum extollere, ut in
Bel-

Belgium armati concurrerent: & ipse Rex cupiditatem ostendit inuagendi Prouincias, si qua fortè in eis Galli euincirent foelicia. Hoc velerū ultimo dedecore, & vulnerē penetratus Albanus, & dolens eam sibi gratiam à Christianissimo redditā ob ingentia merita, & auxilia, audiūsse implendi inimico sanguine, de eo, quem semel inuenisset falsum, nunquam vlt̄rā securus, Montes oppugnare decernit, non dubitans, Orangium fratris auxilio venturam; quem si funderet acie reliqua pacanda videbantur nullo discrimine. In hoc sequutus est etiam Magni Fabij coasiliū, cuius, supra cæteras virtutes, hauserat memorem. Is enim, Africa Publio Scipioni à Senatu decreta, Italæ ante dādaā pacem ceperit, quam litus iniugium inuaderent: interest enim metu domestico absolui, ut exteris metus possit inferri. Et tunc quidem Annibal miseram ad famam compulsiq; in angulo extremo Italæ

læ clausus, tantum litoris spatij
tuebatur, quantum castra tenebant.
Igitur Federicum cum copiarum
parte urbem iubet premere, & si-
mul Gallorum impetus frangere,
dum ipse, iunctis viribus, oppugna-
turus ad esset. Tunc enim legioni-
bus, & equite à Germania nondum
adductis, proximum rebellioni vi-
debatur urbibus præsidia detrahe-
re.

16 Ardens Federicus ad Montes
gloriam, & alacer natura in omne Feleyc.
discrimen, cum Vitellio castrorum,
& Norquemio Hannoniæ Præfe-
cuis, nono Calendas Iulias, quatuor obſedit.
ab urbe stadijs castra posuit, non ſi-
ne graui certamine; in quo Ieruum
crus Vitellio euerberatum est pila;
& Rhodericus Toletanus inter
promptissimos dimicans nouem
vulnera exceptit. Nec inferior Ber-
nardini Mendozæ virtus, sed magis
fœlix enituit. Is enim versos hostes
infossiam usque præcipitans, non
paucis gladio cæsis, & equi stratis
in;

¶28 Ferdinandi Toletani Vitæ

incarsu, per densum telorum imbreu euassit incolmis. Proxima die, Cenobio Spinensi, quod extra muros positum validum tenebat Gallorum præsidium, quatuor horarum cruenta pugna, victo, arctiorum manitionem intendit; & tria erexit castella, ut tutius Gallica amoueret auxilia. Etenim Colin-

*Pro Mō
ribus
Galli au
xilia
iungunt*

nus arbiter Galliæ tumultuum, nuntiato Ludouici discrimine, nihil cunctanter agens, quo urbe n liberaret obtidio, Ioanni Angesto Domino Genilis, qui fratribus opibus, & arrogantiæ successerat, decem milia peditum, & mille equites tradi dit seuete admonito, ne ante Orangii aduentum pugnæ crederet copias; sed iuxta Hispanos munitis castris, velut imminens occasioni irrumpendi, Catholici distineret manus, ne fatigaret obfessos, aut se operibus clauderet. Angestus cum præter has copias, quinque milia peditum, equites ferè mille iunxit, exploratoribus, & nuntijs à Ludouig.

douicò missis paucitatem Hispano
rum referentibus, morarum impa-
tiens, & gloriae habere confortem
Artesiam infestus ingreditur. Se-
quunt eum agrestes raptis armis (fe-
rocissimi sunt Belgarum populi)
ultimam aciem assidue carpebant,
cogenites hostem, ne in prædas dis-
curreret, & incendia regionis. Ab
his etiam Federicus admonitus, *Venienti*
quod iter Angustus haberet; muni-
tis strenue castris, & firmatis præsi-
dijs, reliquum exercitum, quatuor Federic.
millia peditum, & mille equites ve-
nienti incunctantes opposuit. Pri-
mam ducebat aciem Julianus Ro-
mersus cum legione V Vallorum;
medium cum Hispanis tenebat Fe-
dericus; subsidia leves alæ firma-
bant: cornua quebantur equites gra-
viter armati. Ioannes Salazar
cum centum velitibus Hispanis an-
tecedens, leuem pugnam inter clau-
sos sylvis campos inivit. Julianus
deinde, & Capris Dominus opem
de-

430 Ferdinandi Toletani Vitæ

dedere turbatis. Sed Genlisius abun-
dans multitudine, iaculatores secun-
di agminis primo coniungens, etiā
Genlisi⁹ Alphonsum Vargam, & Frāciscum
fundit Bobadillam cum ducentis equiti-
Hispan⁹. bus subeentes inuassit; & quadrin-
gentis equitibus incursantibus la-
tus, fudit aciem Hispanam; & insyl-
uas coegit palatos fugere: iamque
præceps dies vertebat in noctem.
Federicus cunctis strenuè assistens,
& vniuersa pro arbitrio disponens,
quamuis multum reclamante Vi-
tellio, qui nondum curato vulnera
leætæca gestati se iusscrat, equites io-
pugnam dare statuit, & inuehenti
fæcili hosti pedites Hispanos obi-
re. Iuuit audacia ducis fortuna,
& Hispanorum virtus insignis. Ete-
niam Lupus Zapata, Ferdinandos, &
Antonius Toletani, cum Bernardi-
no Mendoza, & Capris Domino
impigrè innadentes pugnam cohi-
buere hostis fiduciam; factaque im-
precisione, & pulso equitum graui-

agminē, turbauere peditum ordines. Romerū vbi nutantem Gallo-
 rum vdit aciem, & laxatos ordines
 cum hastatis incumbēs, eos pedem
 referre coegit. Dum pugnam susti-
 nent pedites, & Angustus, reliquo,
 quod tenebat, nemore, cum mille,
 & quingentis equitibus mouebat
 in Hispanos, iussa sequi phalange;
 Federicus etiam equestri impetu
 excepturus hostem, tria agmina di- Et fuisse
dunt,
 uidit; hisque in cuneos densatis, ir-
 ruptus hostem; & insurgente legione
 Hispana, iamque acerrime pugnan-
 te Vallonica, fundens, cædersque
 Gallos, quantum campi ad usque
 syluae oram iacet, ruina equorum
 hominumque sternit. Sed cum eb-
 ductæ tenebræ prospectum oculo-
 rum adinierent, quamvis clara erat
 & manifesta victoria, in syluam ta-
 men penetrare non ausus, militem
 procurrentem inhibuit; ne victo-
 riā corrumperet extrema teme-
 ritas. Genlius ut profligatas co-
 pias, aduersamque cognouit arda-

ciæ fortunam, vertit in fugam citus
equum, cumulans rei male gestæ ig-
nominiam ultimo militiæ dedecore.
Cedun-
tur ab
agresti..
bº fugiº
teshostes At vieti sine duce sine confi-
lio, vastam per solitudinem fugien-
tes, ab agrestibus trucidati, quos
paulo ante crudelē in modum af-
flixerant, non inçquales poenas, nec
seras utriusque Maiestati dedere. Se-
xaginta Gallorum nobilissimi, cum
Domino Genisæ equitatus Magis-
tro, & ipso Angesto Genilio in po-
testatem venere. Is delatus in An-
tuerpiæ arcem, miseram ibi, & ino-
pem vitam finiuit; functamque
magis cœpit animus destinatus ad
æterna supplicia. Alios quoque
octingentos captiuos adduxere pa-
gani, suæ etiam iræ satisfactum esse
credentes. Cum enim tria millia in
acie occubuisserint, tanta fuit paga-
nis clades suas vlciscendi cupiditas,
ut abscisis pontibus, insidentes ma-
lignos aditus, vix unum reliquerint
ferendo cladi nuntio superlitem.
Ex Catholicis quinquaginta deside-

rati sunt, nec multum excessit sauciorum numerus. Federicus ea vicitoria latus, quæ tota erat suæ industriæ, & consilij, ad S. Giffeni fanum ligna conuertens, die sequenti preces inter, & vota militari gaudio & pompa transacto, D. Leocadiæ, cuius tunc sacrum depositum esset uabatur in eo delubro, egit immortales gratias ; eius dextræ submitiens iura victoriæ , quæ Diu a tutelaris esset urbis Toletanæ, à qua Al- bani Duce cognomentum adsciuere rint. Cùm hac pietatis recommendatione ad Regem protinus Franciscum Bobadilliam , ad patrem Franciscum Auilam victoriæ numerios misit, de virtute ducum, & militum ardore magnificè loqutus : de se nihil addidit , nisi instruxisse copias ; iam tunc vincere gnarus hostem, & inuidiam. Federicus in castra redeuntem obuia excepte à patre missa auxilia. Quatuor milia & quingenti VVallones pedites erant, cum mille ducentis Hispanis,

Federicæ
pietas,

Et mode
ratio,

*Brussel-
las ve-
nit acci-
tus à pa-
tre.*

& quatuor equitum signis. Sed mandatis acceptis, ut Lalini Comiti data cuga castrorum, Brusellas citas adiret, cum manu exigua itinere confecto, de ratione gerendi bellum disserebat; multumque à patre dissentiens, rubeatur inuadendum esse prædones. Albanus in sententia fixus, quæ iam penitus erat necessaria imminente Orangio, Ferdinandum Toletanum cum legione Hispana, & Comitem Eberstahinom cum septem vexillis Germanis Montes ire præcepit. Federicus magnam trahens secum equitum alam in castra reuectus, arctari clausa iubet, & adimi obsecsis effugias ad motisque aggeribus, muri impetrabant incessante ruina.

*Alb. cū 17 Albanus, Orangium
Ecelesto aduentare nuntiato, Auila, & Mon.
Duce in dragone, qui administrarent bellum
castra repartiticum, Antwerpæ relictis, cum
nit. Ecelestæ Duce in castra mouit. Is
nuntios expectans ab Hispania, sum
mo cum honore, & magnificentia
cul-*

cultus in hospitio, nunc etiam ab Albano amice initatus, ut insuesceret operibus belii, sequutus est Ducem, cuius mirati sapientiam, & amare ietam comitatem familiariter cœperat. Ergo adiuncta legione Germana, & duobus equitum milibus in castra veniens Albanus, triginta muralia tormenta direxit; maiusque amplexus opus, munitiones auxit; quas singulas ipse perlustrans, ingenium filij laudavit. At Orangius Principum, & vibium Germaniae firmatus opibus, in cuncte Iulio mense, sc̄riissimè Ruremunda direpta, in Brabantiam penetrat; Mechlini deditio[n]em accepturus, V Verte[n]ae arcis post quadraginta dies oppugnatione reliqua. Eam Ioannes Montiel cum duodecim omnino Hispanis, & sexaginta V Vallonibus, infirmam quidem, & assidua verbatione multis in locis strata, tenuit invictus, cæsis ostingentis Rebellium. Sed scelerum Orangius cupidus, bona fama;

Orang.
cū coer-
ciu in-
gressus
Belgium
urbes
aliquoc
occupar;

damna contemnens, Mechliniæ dato præsidio, Diestem signa conuertit. Inde Tillemontem, & Louanum petens, Teneramundæ, & Ouderandæ præsidium, vocantibus ciuibus, induxit: alijs etiam oppidis minoris fortunæ in deditonem acceptis, Brussellis copias admouit. Iadè cum clade Rebelliis pulsus, multis in via accensis vicis, & agriis, Amorsfortiam in fidem receptam inhumana feritate diripuit. Hinc apud Belgas ipsos, qui patrem patriæ Orangium celebrabant, iam tandem expertos fœuissimæ calamitatis esse auctorem, eius nomine agebat infame. Postquam dissipauit omnia profana, ira, & rabie scelerata supra humanam feritatem insidente, ad cemortuorum sedes implas, & auaras manus extendit, diuorum conuelens monumenta, & sacrosancti horroris arcana. Non extimuit pestis illa, & fax incensa Germania, Sanctorum, & fidelium torquere, & lacerare membra; ut, quic-

Eius fu-
ror infa-
gnes.

qubus pepercisset edax iniuria tem-
porum, scuio Orangius consume-
ret. Per hæc sacrilegia infanda sagi-
natus, nullo omisso fecelere, quo cō-
taminatum magis exercitum duce-
ret, soluturus obsidione fratrem,
Montes contendit, quindecim mil-
lia peditum tecum trahens, equi-
tum septem circiter millia. Inter-
vix V Vadembergensis Comes uxo-
rius frater Otangij Zutpheniam, &
Transfielaniam invaserat. Lumæ-
ius cum septem armatorum milli-
bus Goesium premebat. Frisia ci-
ues ipsi firmabant; omnes denique
arma simul mitterant, ut Albaum
ab oppugnatione Montium auer-
terent. Sed is in vanum intentus,
Otangij aduentu nuntiato, dies no-
ctesque militem fatigans, munitio-
nem strenuè perfecit, Ecce esto quo-
que insidente operibus: quem ad
constantiam belli vetus Imperator
vt firmaret exemplo, quamquam
doloribus secabantur crura penden-
tia, nostrum equo insidens exegit.

Multa
plex se-
ditio, &
arma res
bellium

Luce se explicante, militem in stationes, & castella diuisit. Federicum iubet extra castra educere velites sexcentos Hispanos ; & insuper locatos in tylua proxima septingentos infidiarum occasionem arripe-re. Equites etiam, & fossores, & reliqua seruitia castrorum ad eò exacta ratione per agmina, ad augen-dum hosti terrorem, nulli labore ce-dens distribuit, ut etiam eius mag-nitudini assuetis fuisse in miracu-lum, longuum ducem, exhaustum corpore, & debilem, vires iuueniles spiritus ardore nunquam senescen-tis explere. Septimo Idus Septem-bris, ipso in perwigilio immaculatae Conceptionis Matris diuinæ (si-pium, & religiosam est, superi, cre-didisse eam omnis labis exortem, quæ dedit cœlo victimam pro in-nocentia mortaliuum) in urbis con-pectum Orangius castra locauit. Et protinus Albani castris adequitans, supra fidem dicitur obstupuisse, mi-ratus altos aggeres, fossasque, & muni-

Mira-tur Alb. castra Orāgi.

munitio[n]is industria[m]. Enim vero Hispanus lata fossa, & vallo urbem arctissime incinxerat: rursus maiori sinu circumdato clauerat militem: totum opus firmabant pari intervallo diuisa inter se frequentia castella, adeo exalta muniendi ratione constructum, ut copijs simul auxiliaribus, & erumpentibus obfisis esset imperium. H[ec]c munimenta Orangius cum nulla vi, aut arte posset excindere, nec speraret Duce[m] In aciem esse trahendum, lenioribus ramen pugnis scrutabatur arcana fortunæ, i[n]structas, & assaltantes ante vallina copias ostendens. Catholicus impatiens attineri se clausum, viso hoste fremebat; Albanum precibus, & mutu[m] refatigare, etiam ex occulto contumelias iacere; quas ardens Federicus iuuabat, patrem deprecans: Ne saltem inuidet gloriæ assurgentis filij; daret sibi exercitus partem, certè reddituro victoriam. Cur Orangius dericu[m] vnu[m] impunè diceretur Belgij liberta- expedit;

cis vindicx, & terminus nostræ virtutis? Anis, insistit patrem intuens, ne
lur fatalis nodus tuas vires, & artes
superbus illudet? En minatur fugicius
& insultat armatus: nos clausos, &
obsessos tenet. Quid superest, nisi vi cas-
tra perrumpat; ut cum victus fuerit,
satis magnum laudem de ignavia nostra
referat? Dignum erat per Deum immor-
talem, & aquum tuæ virtuti, castris
etiam se tuentes hereticos, tanquam cu-
bilibus feras belluas, extrahere. Hac
euorum inclytum nomen, hæc militum
alacritas poscit, & exigit ratio. Fama
enim sepius bella patrantur. Orangus
id assequutus, toties suam cladem expe-
tus, quoties tua arma tentauit, nunc
audendo, & se ostentando periculis, ad-
uersus hanc famam, qua se vincere cog-
noscit, validum ac penetrans telum in-
tendit. Si vero te, Pater, mortalia non
mouent, impellat cœlestis dextræ no-
biscum pugnantis auxilium. Hi nam-
que coeli hosties aras, Superum quæ tem-
plad evoluunt: eoru quidquid mortale
fuit, nobisque in pignus mutui amoris

concessum rabie fatali lacerantes, im-
 plum indixere bellum Coelitibus. Cre-
 tetur ergo pro nobis arma consistent; il-
 li, cum diuina sit causa, dabant non hu-
 manam victoriam. Non indeleatus
 Albanus arrogantia filij, ritu modi-
 co indulgens. Hæc tua, inquit, cogi-
 ratio ardenti debuit esse iuueni; & ego
 olim tuæ mentis fui, & tu nostræ eris.
 Iam autem, fili, serio patrem longeum
 instruis iuuenili sapientia, quæ te stre-
 nuum militem facit, & clarum promis-
 tit ducem. Tu quidem Angustum auda-
 ci acie vici; nec dubitam acrem teme-
 rario militi ubique: si enim pares artes
 vigeant, semperfuit in acie robur ani-
 mi, & audacia præstantior. At aux re-
 tus, & callidus, non vicitus à menis
 per artes, iuueni inornato concedet. Et
 quidem eum esse Orangium, qui timeri
 debeat, confiteri non puder. Verum est
 causa diuina, & prompta auxilia cœ-
 lestia. Ideo cautius, & reverentius tra-
 clori se poscunt; quæ sollicitè expectan-
 tibus, non temerè incurritibus adspic-
 rant. Hæc loquutus Federicum illi-

bct,

Negat
Alb.

bet, Iumapem vicum, quem Capris Dominus tenebat cum legione, nouis auxilijs firmare: inde enim Orangium tentaturum aditum presenserat.

Federic.

18

Impigre occasione

*Henri.. arrepta, Federicus cum paucis has-
cū Nas- tatis, & sexcentis velitibus Hispa-
nium sauium
stenuè fundit.* se obiecit bat periculis, gaudens per sua vulnera in aciem patrem educe. Sed Henricus Nassauus Oran-

gij frater, quamuis certamine ani-
mose suscepto, non sustinetas Hispano-
rum impetum, suorum quadri-
gentis amissis recepto in sylvam pe-
dite, equitatum in fronte locauit;
donec inhibito victoris cursu, libe-
ra fuga se ciperet. Orangius, castris
ad vicum Tremerim positis, Nico-
lai Poluillcrij stationes frustra ten-
tauit, quas tamen minus firmatas
esse crediderat. Sed eius iter, & des-
tinatio em exploratam habens Al-
banus, iam illuc legionē Hispanam
cum Federico conuerterat. Is non-

dum

dum spe omissa decernendi acie,
equites leuis armaturæ, & quatuor
velitum cohortes immisit, ut Re-
belles supra colles se ostendentes in
plana deducerent. Orangius abhc r-
rens maximè à temerarijs consilijs
Arméniam pagum castris munire
curabat; indeq[ue] in urbem aditum
strenuè moliri; cùm subito exultan-
tes curas inopinatus terror adauxit.

Primit tenebris, clopetatum velut Hispani
ad numeros repetito fragore, festis- in castris
que luminibus per gyrum Albani celebrat
castris fulgere visis, auditisque non memorā
dubijs signis summæ lætitiæ, hor dum Ca-
ruit Germanus exercitus. Illud me- roli Re-
morandum facinus Hispani celebra gis faci-
bant; cum Galliæ Rex Carolus pri- us,
marios Hugonotorum duces Lute-
tiam aduocatos, tanquam inter fu-
tuos celebritati nuptiarum, quas
eius soror Margarita Cum Henrico
Borbone, qui postea fuit regnis po-
titus iungebat, omnes ipsa D. Bar-
tholomæi nocte aut trucidauit, aut
cepit: vnde cædem illam, Parisien-
ses

ses Nuptias , aut Bartholomæanas
Noctes Galli dixerunt. Causa ergo

Attoni-
tus Orā-
gius cas-
tra mo-
uet. redditia ab Hispanis intempestiuæ
lætitiae, animo consternatus Oræ-
gius, similis sceleris, & poenæ ima-
gine obuersante oculos, statuit cas-
tra mouere, antequam metes, &
conteruatio emanaret ad milites.

Immotatus tamen, donec fratrem
moneret, suis rebus, dedita urbe, eō
suleret, suam etiam inuenisset clá-
dem; ni eum in scelerum flagellum,
& bonorum patientiam Nemesis
divina feruisset. Etenim Federicus
hostem sine clade abire non susti-
nens, consilio cum patre discussio,
equitum grauitagmine, & pedium um
quatuor signis iussis fata, ut rece-
dentes, & turbatos fortian socio ex-
ciperent, equitem alam cum litiū
manū eum in locum misit, ubi hos
tū equitatus procul a reliquo exer-
citū tendebat; vi his per noctem fa-
cta representatione vniuersi certa-
minis, præsens in discriminē habe-
ret intentos, dum Romerus alia in
par-

pārēcūm ducentis Hispanis alba
 velamina induitī destinata per age-
 ret. Is igitur intempesta nocte it-
 tempens, vigilijs cæsis, & disturba-
 tis stationibus, momento temporis
 quingentos alio demersos somno
 confecit. Tanta fuit Rebellium cō-
 fusio, Albanum ipsum irrupisse cre-
 dentium, ut palantes, & amentes
 spera salutis in celeritate fugæ repo-
 nerent. Evidem acceſſitis locijs,
 ut conuenerat inter Iulianum, &
 Federicum in armis vigilantē cum
 delecto milite, extrema potuit clá-
 des infligi, si inesset modus, aut cō-
 filium temeritati foelici. Sed ubi in-
 traure castra Hispani, rugurijs stra-
 mineis, quibus Germani suberant,
 accensas ad mouere faces, & proti-
 bus, lucem reddente flamma, pau-
 citas hostium apparuit. Itaque ad
 signa, quæ defecuerant, versi, trigo-
 na Hispanos temerè incurrentes tru-
 cidant. Horam duo promptioris
 audaciæ ad cubile Orangij penetra-
 verant pulcherrimum daturi mo-
 nus

Hispani
 noctis
 Orangij
 castra in
 uadunt.

Eius periculum & fortuna.

Preceps fugit.

*Federic. insequi-
tus.*

*Delit ius celsa mens superat virtutis, & for-
tuna omnis auxilia. Ludouicus fogà
urbem;*

nus Orbi Christiano. Sed mollis catella in eodem lecto cubans dominum excitauerat, eius faciem unguibus vellicans; & protinus firmatus accessu militum Hispanos oppressit. Tam extra ordinario periculo funditus, non merito suo, sed nostro seruatus Orangius, vix appetente luce, adeo trepidus inuassit fugam; ut armorum stragem, & impedimenta grauiora reliquerit miles attonicus. Insequutus cum armatura leui Federicus, multis hostium cæsis, extremam aciem fudit; & tergis inhærens fugientium, vehicula quam multa telis, & puluere nitrato onusta, nec pauca muniendi instrumenta recepit. Mechliniam tandem ingressus Orangius, cum rogarent ciues; qua fortuna, vel arte superatus ille tam superior exercitus, sine magna acie rediret accisus, & mortuus, respondit: *Alium inferiorem, ciues, regebat Albanus cuius*

fratris cognita, spe subsidijs praecita,
decimo tertio Calendas Octobris
urbe tradita, in oppidum ditionis
suæ indignabundus abscessit; & pu-
dore confusus, quod extitisset causa
Colinnij cædis; quem magnis argu-
mentis vicerat, ut fidei datæ Regis
se crederet.

19 Tertium intra mens
sem, ex quo oppugnare cæperat, vr- Orangij
Alb. inse
quistur.
be potitus Albanus, eius tutela
Vaulxi Domino cum valido præsi-
dio commissa, hostem sequi inten-
dit, conferendi signa iam audius: &
celeritate mira recipiens, quantum
populorum hostis abstulerat, etiam
in oculis Orangij Dieste capta;
cum ille velocius fugeret ad Bata- Etrubes
niæ sinu, exercitum diuisit in par-
tes. Rofius Comes Ouderandam amissas
Mondragon Ruremudam inoassit. recipit.
Mechliniæ Federicus maiorem co-
piarum partem admovit. Mechli-
nienses freti munimentis vibis, &
præsidio Gallorum, feroci iuventu-
te conscripta, armatas ostendere
co-

cohortes, pro focis, & scelere commisso moriruri. Indignatus Federicus, perfidiam illos ultima onerare recordia, dato signo, iubet per sealas Hispanos euadere. Hi per hastas quoque emitentes, portarumque effractis obijcibus, intrauere vrbē; quam seruare eligentes propriæ instinctu pietatis, etiam armatorum cædibus abstinuerunt: non templum, non virgo, non matrona violata: sed quidquid obvium, vel in ædium penetralibus absconditum rapientes sine iniuria corporum, satisfecerunt non quidem auaritiae, sed desiderio naturæ. Et meritò Federicus cœsauit, inhumanum esse longæ obsessionis tædio fatiscenti militi, & prope nudo, vrbis deuilitate expolia negare; ut tandem aliquo in opere victoriæ suæ fructum, & gaudia sentiret. Inde per Grauiam superato Mosa, Nimegam contendit Albanus, premens Orangij vestigia. Sed cum grauis armatura esset inutilis Erisio, & Bataulico bello, equite

Ges.

Germano, solutis stipendijs, dimisso, Federicum iubet inferre arma Rebellenbus. Ipse Traiecti ad Mosam subiicit auxilia daturus; donec acri valetudine affectus Brusellas, ut reficeret exhausta membra, cum Ecclœstæ Duce se contulit. Federicus cum legionibus, & equite levius armaturæ Batauiæ fines ingressus, Bergensi Comite fuso, vertit in Zutpheniam impetum; omniq[ue] regio neperdomita, vrbi copias admoult. Biduo concusis mœnibus, præsidarijs sine vulnere fugientibus, miles incruentus diripuit urbem: ciues misericordia seruauit. Hic reliquo præsidio, celeriter vertit ad Rhenum. Ultradraecto, Fubento, Rhenemoque uno victoriæ impetu captis, vice simum intra diem eam regionem subegit. Batauiam rursus igneus petens, Nardenum vi ex pugnatum militi diripiendum dedit. Inde Amstellodamum veniens, ciuium egregiam fidem, & acta cum dolore, & gaudio cognouit.

Indignantes Rebelles foederati, non
Senatu modo, sed etiam vrbe expul-
isse hæreticorum factionem, eos
armata classe inuaserant, & cētum
fermè nauibus negotiatorum in por-
tu succensis, auxilio destitutos vr-
gebant. Conitantes tamen inter ad-
uerſa, duobus miliibus lectoris iuuen-
tutis conscriptis, hoītem in prædas
sparsum strenuè aggressi fuderunt.
Hiergi Dominuscum manu modi-
cæ terminos prouinciæ excurrens,
multa Rebellium oppida subegerat;
alios tentantes seditionem, non pau-
co ipso in scelere oppressit. Sed
cum Vandemburgenis, & VVani-
burgensis Comites sexcentos equi-
tes, peditum sex millia obiecissent,
munitis locis se tenens, vix prædas
inhibebat & incendia regionis. Gas-
par Roblæus Frisiæ Gubernator cum
manu strenua prouinciam inuisens,
non parum contulit ad salutem bo-
norum, quos hæretici ea sub inuidia
premebant. At Lumæius grauior
hostis, cum septem armatorum mil-
libus,

libus, & quadraginta nauium clavis
inuenitus Zuitbeuerlandiam modi-
cam insulam ex ijs, quas influens
maria Scaldis secat, Goesium, vr-
bem opportunitatis ingentis obside-
bat. Stratisq; muris tormentorum
insana procella, tria millia prædo-
num irrumpunt, dura pugna con-
serta. Tandem cum clade pulsis, Isi-
dorus Pacciecus Gubernator admo-
nuit citis nuntijs Ducem, quanto in
discrimine Goesium staret; quo
amissio, libero mari piratæ potiren-
tur. Dux ad Auilam, & Mondrago-
nem confestim mandata dedit, ut
collecta clavis auxilia obsensis im-
mitterent. His frustra tentatis, *Mondra*
nauali enim copia, & industria an-
teibant longè piratæ, *Goefiede*
Lumæius, cu- *fert auxi*
niculis euibrato in altum muro, in *lia*.
dies vehementius urgebat. *Mondra*
gon pro Goesio solitus, exploratis
vadis, & humilia esse cognoscens,
rem incredibilem ausus, tria arma-
torum millia exposuit in litore. Vbi
tenebras obduxere se coelo, ipse du-

cens agmen maria pedes intravit. Quinque millia passuum emensus, iam vestigijs altas inter vndas erratis, iam fatiscente arena depremis. Goresium liberavit ob sidio, exercitu Rebelliū partim cælo, partim gurgitibus hausto. His octo horarum momento gestis, in Brabantie ripam, antequam attonitus hostis à metu refectus occuparet maris angustias, in columnen reduxit militem insigni gloria potitus; sed cal ipse detraxit multum claritudinis audetiori trajectu. Interim Ecelestæ Dux, licentia à Rege permissa, itinere adornato, per Gallias, in Hispaniam venit, tam arduo, & cruento bello territus: cuius magnitudinem ante Regem exponens, Albani atlollens fidem, constantiam, & industriam, censuit, non minorem illo virum regendo tanto motui sufficere.

*Redit in
Hispaniā Ece-
lestae
Dux.*

*Harle-
mense ob-
fidiū Fe-
der. præ-
parat.*

20 Iam Harlemenium oratores ad Federicum venerant, suam offerentes urbem, ni indigni

vix

videretur, quibus errorum veniam
 daret, quod non ultimi in poenitentia
 essent. His protinus cum favore
 admissis liberaliter omnia conces-
 sit. Sed dum legati de pace tracta-
 bant, leuitate ingenita, & scelerum
 conscientia moti ciues quatuor ab
 Orangie recepero vexilla. Et quam
 uis Federici litteris humanitatis ple-
 nis recitatis, meliorum consensus
 in latam pacem inclinabat, malo-
 rum facio præpotens obstinata res-
 pondit; extrema ante se toleratu-
 ros, quam acerba Hispanorum odia
 & aetam seuè tyrannidem. Harle-
 mum nobilis ciuitas Batauiæ plani-
 cem latam tenet, fluminum tumo-
 ribus, & mari subiectam. Amstello-
 damo decem, Lugduno sex-
 decim, ab Oceano quatuor passuum
 millia recedit. Lapideo muro, &
 alta incingitur fossa: propugnacula,
 & latum aggerem rebelles adiece-
 rant, absclere male securi. Vici-
 num castellum Asperandam me-
 dium tenens amnis aggerem (Di-
 ques

ques incole vocant moles aduersus
fluminum tumores, & maris æstu-
mæ eretas) ea arte muniuerant, vt pro-
sus inaccessum videretur. Hoc Fe-
dericus ira exæstuans, sibi tam in-
lenter illudi, protinus inuadit. Rho-
dericus Zapata, oppugnatione sus-
cepta, omni humana vi nitens, tan-
diù strenuè oppugnauit, donec suo-
rum multis cæsis, moribundo simi-
lis cecidisset ipse, lauo brachio
truncato. Incensus dolore Federi-
cus, admoueri tormenta iubebat;
cum horrentis Aquitonis flatus cir-
cumiectas vndas acstrinxit. Tunc
Asperan vñi cœlesti beneficio Romerus, &
dam ar- Ferdinādus Toletanus, directis per
cē capit. concretas vndas cohortibus, tanta
audacia inuecti sunt, vt capto uno
impetu muro, & quadringentis hos-
tium cæsis, egressi in campos, auxi-
lia ab Orangio missa fuderint. Rup-
tos deinde amnum, & paludum
aggeres multo cespite, & ramali-
bus claudunt; & iaculatorum præ-
ficia disponunt. Suorum virtute, &
for-

fortuna latus Federicus, quantâ posuit celeritate vir acerrimus, urbi copias admouit. Positis castris in altiori solo, & idoneis locis pediti, & equitatui diuisis, quatuordecim muralia tormenta direxit. Lumen eius autem Orangij scelerum minister haud rudit, monitus, quantus hostis immineret Harlemo, impo-
sito largo commeatu vehiculis, & instrumento belli, quatuor millia armatorum eduxit socijs laturus auxilia. Obsessi, ut mentes Hispanorum auerterent, eruptione facta omnibus portis, turbauere munientes castra. Federicus non ignarus do-
li, ab exploratoribus relato, ad syluæ oram vexilla fulgere, strenuam educens manum Orangianos inuasit: & ni caligo offusa terris lucem ademisset, nefugæ quidem hosti fuisset locus, inter syluæ errores, & paludum. Pars tamen maior ferro, aut vndis est hausta signa octo, & tormenta quatuor cum impedimentis venere in potestatem victoris.

*Urbi additum
mouet copias,*

*Intercipi-
pit anna-
lia,*

Hinc Federicus properantior reddi-
tus, simul quia militorum voces fri-
gus non tolerantiam instabant, sig-
num inuadendi dedit Hispanæ co-
horti, quam Franciscus Vargas iuf-
sus explorare altitudinem ruinæ du-
cebat. Vbi conserta fuit pugna, si-
ne ordine, & vexillis Hispani, qui
sequebantur, irrumpunt. Obsessi te-
la, & ignes insubeentes non irrito-
conatu fundebant. Quippe cura na-
vium ponte vix quaternos capiente
armatos traiicerent fossam, nulla-
que ad radices muri area pateret,
in qua explicare ordines possent,
disieci, & turbati incurribant
hostem instruictum aggeribus, &
omni instrumento mortis. Vila
strage suorum Federicus, signo re-
cepui dato, militem in castra rece-
pit, centum, & quadraginta amiss-
sis. Cognito, quam irritus labor es-
set, tormentis munimenta quatere,
vallum iubet ad fossam usque pro-
tendi: & portæ antemurali capto
adiuco certamine, multo cespite fos-
sam.

*Vrbē in
felicitate
renata*

sam instabat oppleti; nam quidquid
in iij ciebatur fascium, protinus im-
misso igne flagrabat. Deinde cap-
tum aggerem extendi lubet, & alti-
tudini imponi fastigium, ut muris
eminet. Hoc opere elaborato, exi-
miae magnitudinis tormentum ere-
xit, cuius iactibus interiora urbis in-
festa patebant. Et iam machinato-
res fodere cuniculos, arctare claus-
tra miles cæperat, & effugia claude-
re obducta lorica. Huius consilij im-
portaturi exitium factus certior
Orangius emisit sexcentos arma-
tos; quos tenuisse urbem monitus,
astu agere statuens, ipsarum per di-
uersa manus; quarum multæ elapsæ
auxilio noctis profundè incubantis
terræ, adeò numerum, viresque au-
xere, ut præter duo millia concrip-
ta ex urbis iuuentute, quinque mil-
lia armatorum adessent. At Fe-
dericus virtute contumaciam ratus
esse domandam, & obsidionem
prælio finiendam, cuniculis incen-
sis, signum militi dedit. Ferdinan-

Eam co-
nicalis,
Opere
bus op-
pugnat.

Rursum
parifora
tunans,
uadit.
dus

des Toletanus cum octodecim signiferis primus irrupit: hos Hispani quingenti sequebantur. Difficilis ascensus erat; sed ardua magis facies introrsus munitionis erectæ, quam densi militum ordines, & frequentes tormentorum minæ tenebant. Nihil terruit Hispanos, ut strenuè minus periculo se crederent; quod saevum nimis è vestigio sentire, quadraginta raptis cuniculi incensi ruina. Post horas quatuor cruenti certaminis, desideratis ferme ducentis, receperere signa. Illustris fuit virtus, vel audacia Lauren-
Militis Hispani tij Pereæ Lusitani. Is niurum inco- mors in mitatus ascendens, Rebellium se obiecit agmini, quos ense, & umbo ne deturbans, eo usque sustinuit, do nec multis confotius telis præceps, & hostem apprehensum secum trahens, deuolueretur in fossam. Sed insignis fuit pietas Ferdinandi Da- bali nobilis Hispani; qui fratrē Ioānen. Stunnicam, in castra reuersus à pugna saucius, desiderans, ense, & cly-

& clypeo armatus rufus descendit
in fosam: euolutisque tumulis ca-
daverum, fratrem adhuc spitantem
inueniens, cum lachrymis, & gau-
dio amplexatus exceptit humeris;
nec se, sed onus dulce clypeo tege-
bat. Respexit coelum opus tantæ
pietatis, & dedit, utrumque per de-
sum telorum imbreu in columnes in
castra venire. Vbi indulgentia Fede-
rici, & industria medicorum ani-
mas egregias seruavit. Obijciat
nunc antiquitas vana, comparet
Horatios, Curtios, cætera etiam
nomina, quæ finxit licentia poeta-
rum, adducat. Dum per moenia
pugna conseritur, Germani, &
V Vallones in acie stantes, quingen-
tis hostibus fusis, centum, & sexag-
inta vehicula commeatu onusta
ceperunt, infelicitis aggressionis fo-
latium.

*Alterius
pietas.*

21. Incæperat annus sœ. *Obsidia-*
culi septuagesimus tertius; & in- *nis ar-*
horrescens Aquilo campos, flumi- *duæ diffi-*
na, cultar-

na, etiam pigra maria constrinxit. Exercitus tot vexatus incommodis prælijs, & vigilijs accisus, commeatuum inopia, nuditate, & operibus fessus, grauique coelo afflictus deterior in dies reddebatur. Contrà sub teatis agens hostis, nouis in momenta firmatus auxilijs, non ægrè mala obsidionis tolerabat. Equidem non unam in urbem pugnabatur, sed aduersus munitissima Rebellenum castra; quæ Orangius Lugduni assistens, Germaniæ opibus, & Britanniæ fundauit. Nam cum valium circum duci non posset, nec munitis præsidij fluminum, & viarum aditus claudi, tot subibat Hispanus acies, quo venirent auxilia. Albanus, deficiente pecunia, vix tela, & alimenta suppeditabat; cum supra octo millia armatorum itinera, quæ inuehebantur exercitui necessaria, tenerent. Iam Septemtricis Iacis breuitas, & vetius umbra coeli obuti nubibus monstrabat fallen.

di occasionem, adempto longè speculandi vſu. Ita que Federicus retentus voluntate patris hærebat sine spe, cuniculos fodiens, & munitio-nes extendens; donec aperiente ſe hyeme, Albanus auxilia V Vallo-num, & cohortes augeret Hispanas. Sed quantum ſpeci noui milites ad-didere Federice, tantum opportu-nitatis Rebellibus adiecit commer-cium amnium, mitioris auræ flatu rigore ſoluto. Tunc nauigijſ. quo-rum copia abundabant, insultantes, aggeribus disruptis, fusis in campos aquis, frequentiores in urbem adi-tus moliebantur. His difficultati-bus præflus, tanto curarum onera-tus pondere, æſtuabat animo tacitè contemplans Federicus, quantis re-bus ſe opponeret obijcem urbs in-genti mole operum fundata, arma-torum, ciuiumque obſtinatione terribilis. In dies tristiores nuntij ferebantur, armari Britanniam, Gal-lorum nauigia concurrere, & Ger-maniam auxiliares copias im-mitre-

*Veniam
descendi
Federic.
perit à
patre.*

*Ille con-
tra respo-
det.*

re. Hinc Præfecti, & tribuni, quibus inerat auctoritas, eum monere cæperunt; hinc militum lachrymæ, & voces exorabant; ne fortissimos virostam insano, & infructuoso labore consumeret; hac potius vrbe relicta, ceteras rebelles inuaderet. His viatis Federicus per Bernardinum Mendozam patri ostendit; sibi in consilio esse, reducere in Brabantiam copias; vbi firmatis indulgentiaviribus, Batauiam rursus impetu maiori concuteret. Albanus, ut erat difficultatibus semper obliktans, postquam de exercitus salute quæsiuit, cum fauisset redditum, obfitionis quidem copias laboribus premi, sed nullo seditionis aut morbi affectas esse contagio; quā vnam dicebat esse causam, cui vir fortis cederet sine pudore; indignè ferens inconstantiam filij, per eundem Bernardinum illi respondit: Si à me genitum agnosci velis Federice, aut tibi expugnanda est urbs, aut hoc in operacendum. Tunc letus ego, quamvis extres

extremis doloribus æger succedam.
 Qued si nostro funeret ut auxerim lumen,
 coniux mea ab Hispania nauigabit;
 ut illa iisdem in castris etiam ca-
 dens, aut incepta finiens, uniuersæ do-
 mus funere congesto, Regi nostro, & Alb-
 banorum constantiæ satisfaciat; aut
 victrix filio, & viro statuat monu-
 menta gloriae, urbis obstinatæ ruinis.
 Has litteras Federicus exæstuans
 pudore, & ira recitauit ad milites:
 quorum pectora, Albani sententia
 audita, vocem emisere; sibi cordi
 esse, ultimum usque ad sanguinem
 in obsidione persistere; & omnia
 sperare assuetos esse ab illo Impera-
 tore fœlicia, & pro eius gloria mo- de Alb.
 xi non dubitare. Sed cum externi fiducia-
 milites non pauci ad socios conuer-
 si dicerent, omnia ob sita arduis dif-
 ficultatibus esse, & insanix plenum
 diutius immorari, contra obstina-
 tam hæreticorum rabiem pugnan-
 tes; uno ore respondere Hispani mi-
 litari facetia: Si noster ille senex
 inbet,

464 Ferdinandi Toletani Vitæ
iubet secura res est: quid cœlum por-
tendat, ex motu syderum nouit; quid
terre moliantur, quid maria moueant,
quid cogitent aduersum nos homines,
exanim volatu præsentit. Hæc lo-
quuti, fidentes, & læti clamitabant,
tutum, & gratum esse, non honestum modo, in obsidione durare.
Adeo potens est inueterata ducis
auctoritas: quæ his artibus iauicta
comparatur; si cautum eum miles,
ciuium saluti, & commodis, non
iræ, & libidinibus obsequenter in-
uenerit; si patrem, non dominum;
commilitonem sæpius, quam Impe-
ratorem senicerit expertus, eum ante
gloriam, & famam suorum utili-
tates habere. Sed non imperia so-
lum, ut plerique assolent, verum
opes, arma, milites, & cætera, qui-
bus possent perfici, misit. Tristissi-
mum est enim, & insaniducis, cum
ardua iussit, auxilia negare. In-
tereâ in Zellandia Albanus de ma-
ris possessione certabat, quod tene-
bat

bat vis immensa prædonum, Ramuæ freto clauso, ne in VV alacriæ auxiliares copias, & commeatus Hispani traiicerent. Sanctius Auila cum triginta nauium classe fretum illud excurrens, non procul Flissingga conserto prælio, post multa utrimque funera, & cædes eduxit naues, nondum pura victoria: eius tamen fructu non caruit: nam renouauit Midelburgi, & Ramuæ præsidium, & commeatus intulit, spe deiecto Orangio obtinendi VVa lacriam. Translato itaque in aliam partem bello, ibi quoque eniuit Hispanorum gloria supra fidem inuidramque mortaliū. Etenim Orangius misit protinus cum sex, & triginta nauibus Rolleti Domini num, Tolam occupaturum in Brabantiae litore. Quam ut extra auxiliis spem poneret, castellis aliquot vacuis prædio capris, aggereque ex ciso, maria campis infudit. Mondragon speculatorus aditum, & munimenta Rebellium, cum trecentis,

*Interim
Auilain
Zellan-
diæfæro
cū præ-
donibus
pagnat.*

*Sed fæli-
cius in
Brabanc-
tia Mon-
dragon,*

& triginta armatis Bergis ad Mons egressus, innudit hostem; fugeiente inque inseguatus munimenta transcedit; tantaque strage deluit hereticos, ut ex mille, & ducentis armatis quatuor modo ferum, aut vortices, in quos se precipabant, evaserint. Rollerus ipse vulneribus confossus occubuit. Et modica si adfuerit clavis venient in potestatem hostium nauigia, turbata metu, & vacua milibus.

Inuenire.

Anno

1573.

Federici

vehementis vir-

get obsec-

Sos.

22 At in Batauia Federicus denuntiatione patris accusus, & firmatus auxilijs, se ad oppugnationem mouebat strenue. Mœnia tormentis quatere, subruere cuniculis, arciare munitionum sinus; non vulnera, non cedes morabantur, quo minus virgeret obsecros omni bello terrore. & hi, quanto magis in artios spes esset, se ardentius eò defenserent. Sed cum multis in locis erectis castelliis, & stationibus per campos duiis, Hispani hos-

tium

tium internuntios caperent, maiorum
 que cœli lux è sylua penetrantes
 proderet, ignarus omnium Lugdu-
 ni Orangius agebat. Cum vero ma-
 ria, & terras clausas teneret Hispa-
 nus, cœlum, quod vnum patebat
 iter, tentare sunt ausi. Quippe ad *Hi colis*
 hos vsus mitigatis ante columbis, *barum*
 eas aëreos internuntios habebant; *ministe-*
 & alligatis sub pennis brevioribus *rio Drā-*
 cartis, euntes, & redeuntes ad cubi- *gium ad*
 lia nota monebant *Orangium*, & *mouent*
 obsecros. Donec carum vna à vola-
 tu se ssa, inimico in vallo confidens,
 & ab Hispano iaculatore confossa
 mirabile artificium ostendit; cuius
 ante nec fulpicio inciderat; tantum
 scilicet dolum regi ipso simplicita-
 tis candore. Iam etiam contra ali-
 tes bellum cœpit esse; & eas, quas
 natura fecit alienas ab humano cō-
 mercio, dispositis præfidijs, etiam
 innoxias appetebant aucupandi pe-
 titi. Aprilis mensis erat; & obsecsi
 longa mala tentiebant. Sed ubi hu-
 mana pectora desperatio inuaterit,

*Et fre-
quenti
erūpunt*

*Bossuui
tribus
prælijs
classem
hostium
superat.*

vna mortalibus cura inuicta manet,
non inultos cadere. Itaque Har-
leenses multitudine ipsa laboran-
tes, prælia extra muros incendere,
assultare castris, tormenta dirigere,
timpanis, & lituis strepere, vigiles-
que habere in armis Hispanos. Hęc
inter Bosiuuius Comes à Duce mis-
sus, cum quadraginta nauium classe
adueniens, nauigia hostium obti-
nentia Harlemicum finum iuicatus
aliquot demersis, & captis, prædo-
num inhibuit audaciam. Federicus
aliequutus tandem, nisi adimeretus
hosti aqua, intercludi auxilia non
posse, castella erexit in ripa: longum
que opus orsus à sylua ad castellum
Higum, quod tenebant Rebelles,
extendit. Id quoque timēs hostium
classis, centum nauibus aucta, ite-
rum de aquæ possessione non alia
fortuna pagnauit. Non tamen auda-
cia celsit; sed cum centum, & sexa-
ginta nauibus tertio inuassere victo-
rem. Expositisque in litore duobus
peditum millibus, ab yrbe simul
erup-

ētūptione facta, vltimo conatu ten-
rabant Hispanos cuincere. Bossu-
uius iungens classem, & Federicus
copiae diuidens, quas vrbi oppone-
ret, & in terram excedentes pelle-
ret, in fugam vertere hostem, non
leui clade multatum. Verū ne- *Phiffum*
quid in Hispanam virtutem inten- *Tassis*
tatum maderet solertia Orangij, *fundit,*
Phiffum cum magna fossorum ma-
nu, & quingentis armatis iussit, ali-
quod opportunum in via, qua in
castra subsidia ferebantur, munire
castellum. Modicam ille arcem sex
passuum millia Traiecto in ripa
Rheni positam elegit exitiali con-
silio, si Ioannes Tassis tempus mu-
niendi dedisset. Amnis enim facili-
tate amissa, commeatus, & cætera
necessaria, non nisi longiori circui-
tu possent ad exercitum inuehi. His
incommodis æstimatis Tassis, in
festinando agnoscens rei fœlicem
exitum stare, cum peditibus sexcen-
tis, & equitum ala egressus, fudit
hostem, & inceptam munitionem

470 Ferdinandi Toletani Vitæ
diroit. Quantum vetò profuisset ea
celeritas, Tassis protinus ceuit. Nō
dam enim omnia perfecerat, cum
Rebellium vexilla quinque fulgere
sunt visa. Hi, sociorum clade nun-
tiata, ea in Lugdunensem agrum,
Traiectum Tassis sua conuertit.
Quam urbem, graui ac tenaci mor-
bo decumbente Guzbeco prætore,
strenue vindicauit aduersus hos-
tium ciuiumque tumultus, & sce-
lera. Bossuuius quoque memorabi-
li cum laude maris præfecturam
agens, recum Federico discussa,
octo, & sexaginta naues ornauit
Hispano milite presas: & eas in
quatuor manus diuidens, quinto
Calendas Iunias hostem nihil tale-
timentem adhortus, insigni clade
prostrauit. Duæ supra viginti naues
captæ sunt; aliquot mersæ, aut in-
flicte vadis; plures redditæ inutiles,
impetu aduerso, & telis laceratæ.
Eodem victoriæ cursu Higum ex-
pugnatum est, & munitam Hispana
cohorte. Tunc Federicus, nauium
pon;

pontibus ; molibusque impositis
 clauso flumine, quod maris virum-
 que finum iungens, in urbem dabat
 accessus, omnem ademit hosti, li-
 centiam immittendi celeres sca-
 phas, quibus per noctem fidentius
 alimenta inuehebant obfessis. Iam
 campos stationes militum diuise-
 infra, & supra tenebant. Nec ef-
 fectum inuenit callidum Orangij
 consilium, emitentis celerrimos
 militem ; qui linteum induti ves-
 tem, super humeros frumento illa-
 to, inopiam Harlemenium alleua-
 rent, iam famem, praeter reliqua
 mala, tolerantium. Rex etiam in
 Hispania solitus, belli insurgentia
 caufis, & initijs cognitis a Bernar-
 dino Mendoza , quem legauerat
 Albanus auxilia petitorum, latentes
 rerum nexus, & quantus instaret la-
 bor, inueniens, ingentem pecunias
 sommam transferri in Belgum iuf-
 fit : Ludovicum Requesenium In-
 subricæ Praefectum, mittere viginti
 Hispana vexilla, & Lupi Figueiros

*Pro Bel-
gio Rex
mittit
auxilia.*

legionem, quam Partium nomina-
bant, quod fuisse ad bellum socia-
le conscripta. Albanus autem à Fe-
derico menitus, quanto studio, &
celeritate Orangius pro Harlemo
exercitum iungeret, ad Lupum
Acunniam ducentem Insubricas co-
hortes mandata dedit, ut protinus
immitteret iaculatorum vexilla.
Is, negotio tradito Ludouico Gai-
tani, cum phalange strenuus inse-
quitur. Sed Gaitan celerior fama
nouem dierum spatio trecenta pas-
sus mília inuadens, ad castra
peruenit: nec post multum Acun-
nia cum hastatis accessit. Et Par-
tium legio castra celeriter tenuit.

*Auxi-
lijs au-
ctos per-
ficit mu-
nitione
Federic.*

23 Tanto veteranorum
robore Federicus auctus, & fidens
(octo supra decem millia armato-
rum habebat in castris) in hunc mo-
dum perfecit munitionem. Supra
Hufortensem aggerem validum cas-
tellum erexit: alterum munimen-
tum erat Alperanda: quibus utram-
que ripam tenetibus, iactisque

mo-

molibus per vada amnis humilia,
 quem medium nauium pontes clau
 debant, hostium classes subire non
 poterant: & insuper extremam par
 tem aggeris firmabat Sequanorum
 statio. Federicus ipse cum tribus
 Hispanis legionibus medium discri
 men tenens, opera, & cuniculos,
 quæ in urbem moliebatur, elegit.
 Vallum autem à castris, per syuæ
 adiacentis oram, ad Higum ductum
 castellis tribus est clausum. Primo
 cum V Vallonica legione Capris
 Dominus; alteri Gaitan cum Hispa
 nis mille velitibus; tertio, cui Gul
 letæ nomē est in titum, Billius cum
 manu æquali præsidebat. Ad Sep
 temtrionem, qua amnis Snum ma
 ris influit, tendere sunt iœsiæ Phi
 lippæa, & Iacobæa legiones, immix
 tis aliquot Germanis vexillis. Vas
 cus Nunnus cum Hispanorum na
 nu, castellum super amnis aggerem
 ad Meridiem eretum tenuit. Cæ
 tera, quæ ad Occidentem pertinēt,
 & quæ vergunt ad Oceani litus,

Ger-

Germani tuebantur, addita legione
Vallorum. Maris secantis pacem
Bataviaz extremam sinu, &
quantum, iuptis aggeribus, alluvio
aquarum contexerat, Bosnuus Co-

Horren. mes obtrinebat classe viatrii. Er-
dā Har. go obsisi cum ad rerum ultima
lemensi. compulsi, rable iam, & desperatio-
sacrile- ne, non te spe, & armis defende-
gium. rent; nouissimo ab scelere, quod
vnum restabat tam impie ferocibus
mutuanda esse auxilia censentes,
effigies Saperum, quorum religio-
ne præcipue Hispanos affici nouis-
fent, per ruinas muti circumfiantur,
casè genu venerantes, & modula-
tione sacra canentes. Deiade disso-
no violatu, quo cœlum excinde-
rent, præmisso, instincti furiaram
rabie, telis effigies sacrostantas ap-
petere, deformare securibus, inho-
nestis vulneribus cedere, ad vo-
cemque præconis verberibus lace-
rantes, poenas exigebant scelerum,
quæ ipi patabant. Hispanorum è
castris multitudine spectabat attoni-

ta, & positis venerabundi genibus,
 amo è pectore lachrymas pietatis
 viri fortes, & vota fundebant, in ve-
 sanos homines fulmina, & coelestia
 arma deprecantes. Prominebat
 in ruina Diuinæ Matris effigies: quā
 ut impiæ manus aggressæ sunt cæ-
 dere, adeò horrendum facinus pie-
 tas militis Hispani non sustinens;
 coelesti animatus radio, quem ful-
 gentem (testatus ipse est) è vultu
 inspirabat imago, per medium sta-
 tionem irrupit: sed cum graue pon-
 dus miles humeris subite non pos-
 set, effigiem amplexu tenens, tese è
 ruina præcipitans deuoluit in casta
 labrum fossæ tangentia; non sine
 certo Numine, tot per insequentia
 tela, tanto saltu afflatus, incolu-
 mis. Dignus ille profecto murali, &
 coelesti corona, qui non patriam,
 commilitonem, aut ducem, sed
 Dei vindicans matrem, coelo sta-
 tuit diuina trophya. Cuius nomen,
 credo, intercidit, vt diuino ex ope-
 re

Hispani
religio;

476 Ferdinandi Toletani Vitæ
re referret nihil glorie mortalis.
Non violentè minus Federicus in-
fremens, Superam contumelias vi-
turus, concussis maris, & introrsus
oppositis aggeribus, incensisque
metuendo horrore cuniculis, op-
pugnationem edixerat tuba. Sed
à mari ventus supra modum vio-
lentus perflans coegerit differre præ-
lium in sequentem diem. Interim
comperito, obsecros iam famem ad
extremam vealisse, nec foedis ani-
mancibus, nec radicibus parcere,
statuit eos Federicus per ultim os
cruciatus exedere. Orangius colum-
bae ministerio monitus, ni protinus
subueniretur, de litionem ultra dif-
ferti non posse, aut urbis excidium;
cum deuicta classe, & Higo amissio,
clausas aquas esse videret, Zarazum
cum sex millibus peditum, & sex
Orang. campestribus machinis, adiuncta
obsecrosis etiam equitum ala, commeatus, te-
militie la, & nitratum puluerem inferre,
auxiliis. aut mori iubet strenue. Hæc in ver-
ba

ba iuratus, & saeva execratione de-
 votus Lugduno Zarazus egreditur.
 Iam obsepsi candidas induit tunicas
 quo dignoscerentur inter umbras,
 excepturi socios in armis vigila-
 bant. Instructa quoque centum, &
 triginta navium clavis surdo remi-
 gio applicabatur litori. Gnarus om-
 nium Federicus, nam duas colum-
 bas ex commeantibus ceperat His-
 pani iaculatoris foelix industria,
 vigilias, & stationes firmaverat. Ip-
 se non victus in somnum, aut quie-
 tem, circuire castra, excitare torpe-
 tes, increpare ignavos, strenuos ac-
 cendere; iam hos incitamentis lau-
 dum, iam illos spe certa finiendi la-
 bores, vniuersos alacritate, & fidu-
 cia implens, cuncta munia impera-
 toria obibat, suorum virtuti fidens,
 fortunæ incerta timens, & noctis.
 Zarazus secunda post medium no-
 tem hora stationes Germanorum
 silenti agmine innectus, Hispano-
 rum in castra penetrabat: cum tu-
 bicem credens, iam emensos esse

Rebelles turbati ceduntur, omnem discrimen, signum daturus socijs, insonuit. Tunc Hispanæ legiones excitatae consurgunt; & Federicus ad sonitum equo verso celeriter, Monteri, & Valdesij alas medias obiecit: Acunniam cum legione Partium iussit tenere rectum iter; cumque sequi Jacobæam, & Philippæam legiones. Sic instructis signis, & ordinibus tanquam media in luce eompositis, hostem per viarum, & fossarum sectus oberrantem fundit, ceditque. Duo millia occubere; ceteros nox, & celeritas abs tulit. Signa quindecim cum tormentis, & vehicula quingenta onusta venere in manus victoris. Hac clade extrema Harlemenses domiti, dedidere urbem Federici clemētia. Is octavo obsidionis mense, in eunte Augusto, maris, terrarum, & naturæ viator ingressus urbem, causas, & scelera diuidens, Germanis, etiam præsidio dato, in patriam abire concessit, quos in obsidione Montium, deuicta urbe, iure iuran-

do obstrinxerat, nunquam aduersus Hispaniae Regem induturos arma, necari suspedio iubet: mille circiter fuere: sed his etiam ex parte ignoroscere statuerat Federicus, militari sorte data, quæ vniuersis metum, paucis pœnam infligit; donec in Deam etiam obstinatione competta, non iam humanæ Maiestatis vindex, vniuersos laqueo subiecit. Hic numero trecenti adjuncti sunt ciues, qui fuissent rebellionis actores, aut extremi flagitijs.

24. Hæc est illa clara Haslemensis obsidio, inclita inter eas, quas nostra vidit ætas, aut in maius auctas fama prodit antiquitas. Summa hinc hostium industria, & perfidacia, hinc contra virtus Hispanorum, & constantia erituit; qui mari terraque infensis classibus, exercitibus, dolis, cœlo ipso petiti; ventorum, tempestatumque rabie insana vexati; famen, egestatem, horrentis axis frigus, arma, ubique minantia,

*Obsidio
nis Has
lemensis
contem
platio.*

vndique irrumpentia tolerantes,
octo mensium spatio multas con-
gessere victorias. Quater per muros
fuit conserta pugna; totidem auxi-
liares copias signis fudere collatis;
quater etiam validam hostium clas-
sem Bossuuius oppressit. Sed etiam
(quod alijs in gentibus miraculum
externi scriptores agnoscerent) non
Ieuis constantiæ, & reuerentiæ in-
ducem gloria accedit, Hispanos mi-
lites, tot hostium eruptionibus, tā-
to exercituum, & classium terrore
enigiles, tanto operum labore fati-
gatos, partim exhaustos, ac debiles,
partini fatiscentes horrendis cica-
tricibus, nullo dato stipendio nudos
summi belli, & ducisseueritate ha-
bitos, sine tumultu, & querela, in fi-
de, & obsequio durasse. Nec infe-
riores laude obfessi fuissent, si pro
meliori causa pugnassent. Etenim
decem millibus tormentorum iicti-
bus muro coneusso, quindecies eui
bratis cuniculis, & propnaculis in-

cen-

cendio cōunl̄sis, non despōdere ani-
mos; nec virtuti audacia cessit exē-
plō fœminarum accensa. Hæ nam-
que supra vites, & sexūm, patriæ, &
libertatis amantes, virorum obeun-
tes munera, nulli se periculo inferio-
res ostendere: studio quoque, & la-
bore anteibant, accinctæ dolabris *Obstina-*
quas lata, & disiecta mœnia reficien- *tiofœmi-*
tes, introrsus fabricatis aggeribus. *narrum,*
Ad ultimum ante virorum pertina-
cia est victa; quos cum in suppliciū
trahi, cum mortuos vidissent, non
lachrymæ, non voces misericordiæ
exciderunt; sed fixis oculis, & ore
compresso, viros quæque suos ter-
ræ mandabant. Iam rara industria
cum obstinatione consentit, ipso
cœlo nuntijs patefacto, auibus in
auxilium accitis. Profectò nisi vici
essent, nullis mortalium, & sic, non
nisi Hispanis inferiores debent asti-
mari. Harlemensium autem gloria,
& Federici, Alexandri Tyrios op-
pugnantis laudi non cedet. Hi nam-
que mari vndeique sœuo cincti, &

assiduos mouente fluctus, moenia
tuebantur machinis antiqui usus
imperuia. Sed Alexander intructus
numero ex exercitu Græciorum & Asiorum
victore, concurrentibus sociorum
ciuiumque classibus, castris auro, &
commeatu affluentibus, cum unam
cepisset urbem omni auxilio desti-
tutam, de errore tamen ciuium, &
temulentia, non de virtute trium-
phauit. Maior hic in acie numerus
cæsus; hic causa religio, & iusta vi-
tio mixta clementia fuit: ibi impo-
tentis sequitia plures absumpserunt; causa
tyrannis, & immensa dominandi
cupido: hic terræ, & maria operibus
& victoria compressa; nec minor
labor Hispanorum fuit, si horum
paucitatem cum multitudine Ma-
cedonum compares. Duo millia, &
quingentos milites, præter eos, qui
affecti suppicio sunt, intra urbem
consumpsit obsidio: ciuium ætatis
omnis, & sexus funera non pauci ad
decena millia extendunt. In prælijs,
qua plurima Rebelles sparserant tē-

tan

tantes auxilia, septem millia occidisse tenet fama constanter. Ex Regis hand minus tria millia desiderata sunt: cæterum vix quisquam nisi saucius tanti belli rabiem euerit. Inter quos Federicus ipse, dum se se ardenter periculis obiecat, graue vulnus exceptit. Nec egregius Imperator in laudum suarum clarijudicem alienis comparationibus indiget, qui extra inuidiam positus, nullam superiorem agnoscat. At fœlicitatem, & lætitiam immo-
nuit obitus Lupi Acunniæ; qui laborum operi immenso cedens, & ardentifebre consumptus, visus est expectasse, ut victa in urbe conquisceret. Nepos fuit Comitis Bodiiæ, consilio acer, manu strenuus, in bello quam in pace fœcior. Insu-
briam, & Piscarium fugiens, ad Al-
banam in Latio bellantem se con-
tulit; a quo in gradum dignitatis
restitutas, & auctas, eum in Bel-
gium quoque sequutus, in Harle-
mensi obsidione gratiam beneficio-

Federici
vulnus,

Lupi
Acunniæ
obitus,

*Federici
defensio.*

rum constanti quidem, sed ingrato munere Duci explicuit. Huius autem viri debetur operæ, inter alia præclara, quantacumque fuit Zara. zi victoria. Sed nullam cellam gloriam, & virtutem supra inuidiam stare voluit providentia diuina; ne mortales id, quod essent, obliti, coelestia usurpantes munera, sua esse maluerent agnoscere. Huic legi Federicus obnoxius, multorum scriptorum acti inuidiae subiicitur. Scelerati animi, & crudelis feritatem opponunt; quod violatam religionem, spretas Maiestates, sacras effigies impie laceratas vitus, ne mortales tam magna peccare spe immunitatis auderent, dederit severitatis exemplum. Alij pietatis notæ autores Albanum, & Federicum argumentis premunt, modum severitatis requirentes: hac enim exasperatis animis, nullam spem reconciliandæ gratiæ obstinatis reliquit Federicus, cuius saevitatem Belgæ supra armatae erant. At hi sunt ex eo pru-

cen-

dentum numero, qui causas inqui-
rentes, diu errantes, in eo tandem
sistunt, an res fœliciter eueniat, an
consilia exitus probet. Alij vanissi-
ma procella sententiarum armati
veniunt, exitialem fuisse cunctatio-
nem tuentes, nullum dignum ob-
præminim tam ardua oppugnatione
fiscepta; ut circa vnius urbis mœ-
nia vires opesque caderent, quibus
potuisset deieri Batavia. At verò
pro Albani, & filij innocentia satis
hac in causa esset obtendere; Mag-
num Alexandrum simili Tyriorum
obstinatio exceptum non dubita-
uisse, omissa spe infinita, circum mœ-
nia vnius urbis hærere, non igua-
rum, quantis rebus illa imponeret
moram, & æmulum Darium, moto
Oriente, maiores adhuc vires cog-
re. Quot annos Lacedæmonios
Messenensium tenuit obsidio? Quā
diu Romani duces circum Veien-
tium mœnia pugnarunt? Profectò
nullam magnam gloriam in plano
statuit natura: annitendum est per

436 *Ferdinandi Toletani Vita*
ardua mortalibus; & saepius lapsi ca-
dunt, ut validiores asurgant. Sed
etiam ea vrbe relicta, & data impu-
nitate Rebellibus, pessimum exem-
plum fecisset, & obstinatores redi-
didisset contemptu nostri. Etenim
finitimi populi recte inducerent, si
quae ciuitas primum festineret im-
petum nihil ultra ab Hispanis armis
esse metuendum. Contra vero per-
tinacis urbis excidio quæsita con-
stantiae laude, ad omnes terrorem
extendit, ne vellent arma nostra te-
nare, quæ non alium terribilium, præ-
ter ultimum victoriæ cognosce-
rent. An autem dignum præmium
fuerit, Orangij ostendit audacia;
qui velut una in urbe Batavia clau-
desetur, ad eam tuncdam omnes
vires, atque industriam mouit, ut
omnes ibi stratæ conciderent. Sed
dignum satis laboris ardui vir fortis
præmium inuenit, semel incæpta
cum consilio, cum virtutis laude
perficeret.

25. Hispani, capta urbe,
non

*Hispani
seditione
turban₁
tur₂.*

non eadem innocentia egere. Etenim cum ex Hatlemensi, & quam Albanus miserat, pecunia externo militi solui stipendia vidissent; patientia tandem vita dolore, ruinas urbis inuadunt; admisiq[ue] à custodibus, ex itum prouinciae minitari cæperunt, ni exoluenteretur stipendia debita, quorum ope deformes cicatrices, nuda corpora, & tabentes artus ab intuentium coelique iurijs defendenterent. Federicus, militum consternatione nuntiata, certus maiestatis suæ, obijcere se furēribus statuit. Inhibitus est precibus amicorum, ne forsitan vni, vel alterius extam insana concione licetet, clarrisimum decus, & Hispaniæ sydus extinguere. Haud seto mitigatus est Federicus, in memoriam reuocatis, quam acerba per octo menses obsidionis tulissent, & inductus credere, non illos ira, & ambitione, sed padore, & contumelia suisse turbatos. Ultima enim necessitate op̄ pressi non vestes, quibus tegerent

*Litteris
Alb.mi.
rigantur*
pudendam nuditatem , non arma,
quibus Hispani legionsrij, non ora,
quibus ciues noscerentur, habebat.
Albanus militum seditionis moni-
tus, quamuis animo parabat iusta
supplicia, causis tamen sincere ex-
positis, amollita ita , litteras ad mi-
litem tanquam Imperator scripsit:
quibus recitatis , & pro stipendio
mensium terdecim duodenis au-
reis datis, alacres in obsequium re-
dierunt. Albanus finem dare ipse cu-
piens Batauico bello , Traiectum
citus venit ad Rhenum. Hic subito
horrore articolorum compressus,
subsistere coactus, Bassunium Co-
mitem luctet, quanta celeritate pos-
set clavis ornata, prædonum se co-
natibus incunctanter obijceret. Fe-
dericus, dum reficit Harlemi qua-
sata moenia, Norquermium misit
cum legionum robore, ut Alema-
riam expugnaret urbem , sitam in
extrema Batavia. Sed tunc recenti
præudio munitam vi aperta tenta-
re non ausus, insuper acri militum
sedici-

seditione turbatus rem omisit iſfe-
 ãam; nec ante ſedatus eſt furor,
 quam triū mensium ſtipendia ſol
 uiffet Albanus. Federicus Lugduni
 obſidionem præparans, quatuor
 V Vallonum signis præſidio datis
 Harlemo, Franciſcum Verdugum
 cum ſeptem Hiſpanorum cohorti-
 bus, & pari ſociorum numero, tene-
 re iubet Alfenum. Quo celeriter ex
 pugnato, Lellderdropem Verdugus
 hyematurus contendit. Quidquid
 infirmum legionum erat, & equi-
 tum manum validam, per caſtella
 in amnis ripa ereſta, qua Lugdenē-
 ſibus alimenta inuehebantur, & per
 vicinos vibi pagos Federicus diſtri-
 buit. Ipſe ineunte Septembri, *Federie.*
 (annus ſeculi voluebatur septua- *Alema-*
 gefimus tertius) cum manu eq̄ui- *ria ad -*
 tum iam Guinno pr̄emifſio, Alema *mouerco*
 riæ copias admouit. Et munitione *pias.*
 amnis capta prælio quā ſubitū
 naues erant, ſequuta die caſtris vi-
 bem cinxit: verberationeque dire-
 ſta, procidente muri ſummo fasti-
 gio,

*Etnō fæ
liciter
pugnat.*

490 *Ferdinandis Tolecani Vita*

gio, dato signo inuadit Hispanus. Sed firmior erat locas, quam posset uno impetu capi; & numero tenebatur, atque instruто prestitio. Itaque Federicus grauiores machinas expectare coactus, tempus dedit obfisis, introrsus munimenta excitandi, & Orangio, auxilia iungendi. Amstelodami classe ornata, eam protinus Bossuuius eduxit in hostem; qui nauigis aliquot multa arena depremis obstruто canalis aditu, cum nauium quinquaginta classe urbem inopia rerum fatigans obsidebat. Sed vietrem toties Rebellois expectare non ausus, in vada naues applicuit, ut eo inducerent Comitem habeantem grauiora nauigia. Bossuuius gnatus dolis classeon inhibens, Corcueram centurionem misit cum ducentis Hispanis, ut aggrediti vicini munimenta caperet. His obtentis in coaspcta hostium, & firmatis Hispano vexillo, in anchoris stetit quindecim dies, obseruans irrumpendi occasionem. Rebelles

tandem, Alemariæ nuntiato discri-
mine, En cūiam nauigauere; & au-
da maiorum naūium accessu claf-
se, prouolant auxilia daturi. Obie-
cit sese interitus, qui antecelerat,
Comes; hostiam m̄que inuectus præ-
toriam, eam acer vrgebat: cum me-
dio in pugnæ ardore versi metu su-
bito socij, destituere pugnantem.
Bossuuius sequentem vsque in lu-
cem extracto sanguine certamine, cūm
omnino quatuordecim Hispanos
ex septuaginta numerasset, positis
ante conditionibus, non secus ac te-
nens arcem munitissimam, sui po-
testatem, & insignem fecit hosti vi-
ctoriam. Quam ille iusta aestimatio-
ne metitus, Hornam deducum Co-
mitem, & si obtulerit gaudem pec-
cuniam Albanus, nonquam resti-
tuendum esse consensit. Non aliter
maris casus anceps fortuna belli in
Zellancia tractabat. Ramechinam
arcem obsidebant magna cum clas-
se prædones; & iam tormentis, &
cuniculis strauerant moenia. Alba-
nus

Bossuuius
nauali
prælio
victus
capitur.

etus non pro arce vna, sed totius insulae anxious discrimine, instruta classe celeriter, negotium commisit Beuboris Domino, quem Zellā dico mari præfecerat. Is, in naues cum veteranis cohortibus Mondragonē recepero, in anchoris stetit dies aliquot ad Flissingæ portum. Inde mutato consilio Veraas fauces ingreditur, maleum reclamante tribuno, illud iter non posse sine manifesto periculo adiit. Beuborius, Midelburgum appulsa classe, milite, cum commissa, & bellico instrumento, exposito, in tutelam urbis Mondragonem reliquit. Ipse, in sequente hoste, non sine clade merita elapsus naues in amicas Flandriæ oras recepit. Ceterum non adeò sinceram se explicuit hosti facies geminata viatoris: quippe duo millia fortissimorum a missit: & Bosnuij clades abunde compensata est multis oppidis in Batavia captis, Philippoq; Martizio; cuius virtutis, & amicitiae tantum Orangius tribuebat, ut

pro

*Nō alia
fortuna
res geri-
tur in
Zella.
dicimus.
rit.*

pro eo reddere Bosnuum flagran-
tissimè cupuerit. At Federicus,
classe amissa, & rursus infelici acces-^{Federic-}
su Alemaria tentata; cum iam in ^{Alema-}
expugnabilis esset, in dies aucto pr^e ^{ria rece-}
silio, sexto Idus Octobris recepit ^{dir.}
exercitum: quem frastra in oppug-
natione urbis accideret; cui mala
aperta erant, & ipsa in metu, & otio
munita. Sæuiente quoque rabie
vcntorum, fusisque Autumni syde-
re procellis, non egredi in campos,
non vallum poterant instruere, non
inter se commercia sociare, nisi sca-
pharum usu, & lato aggere per me-
dia castrorum incredibili labore fun-
dato. Hostis quoque aggetem VVa
terlandiæ parabat excindere; qua in
fuso mari, & flumine, non modo
iocum eas trax, sed etiam iter ad re-
cedendum Hispanis adimeret. Er-
go animi indefessus signis, cœli ma-
risque læuitiem non sustinens ces-
sit diuino consilio. Harleum con-
uersis signis, Federicus Lugduni
mo:

494 *Ferdinandi Toletani Vitæ*

molitus obsidium, Baronem Cheureraum Egmontiæ, & VVaterlandiæ præfecit cum Germana legione, & Hispano vexillo. Franciscum Verdogum iussit cum robo. recopiarum tenere Batauiam; tandem, qua pertinet ad litus Oceani, Juliano Romero cum duabus legionibus Hispanis attribuit. Præfectorum regionis Norquermius agebat. Sic distributo exercitu, Federicus in Brabantiam reuersus ad patrem, non leui in se curarum parte suscepit, animum eius deficientem corpusque fatigens recreauit. Orangius verò, discessu Federici nuntiato, instanti metu liber, Bergas cum expedita manu furto aggreditur. Sed à Gallo Hispano tribuno, qui cum ducentis modò armatis tuebatur urbem, pulsus, scalas, pontes, & muro iam infixa signa destituit. Inde in Zellandiam verso consilio, Rambut, & Midelburgi obsidionem parabat, noscens, quæ virium parte super-

superior esset Hispanis. Interim
Præfecti, quos dederat Batavie Fe-
dericos, impigne ostendebant, quo
sub duce belli artes addiscerent.
Verdugus, multis castellis circum
Lugdunum captis, non paucis ere-
ctis, omnibus præsidio Hispano mu-
nitis, & equitato per munitos vi-
cos sparsa, ipse cum manu valida
inimicos campos evanans, Hagam
tandem recessit, inde datus, vel
recepturus auxilia Rometus Bata-
viam inferiorem, cum legionibus
Ferdinandi Toletani, & Gonsalui
Brachamotij, iunctis aliquot V Val-
lonum signis, invadens, multa su-
per aggeres castella instruxit, &
Monfondicum firmissimum, sex-
centis præsidiarijs cæsis, occupat;
& militem per ea distribuit. Sic am-
nium, & canarium facultate ademp-
ta, Lugdunum obsideri cœpit, &
miles sub testis habitus iustas vires
refutare; quæ integræ, & firmatae,
sequentis anni æstate, arduo labori
sufficerent.

*Magnâ classem parat Al-
banus.*

*A Rege petit au-
xilia.*

26 Hæc quamuis in spe-
ciem lœta fluebant, & facilè crede-
bant duces, eisdem artibus, & armis
posse euinci Bataviam; rerum laten-
tes nodos, & causas in se implicatas
altioris mentis sensu scrutatus Al-
banus, magnam cogitabat classem
armare; cui filium, etiam aduersus
fortunæ maris casus obijciens, da-
ret rectorem, & auspicium. Verum
pecunia deficiente, etiam ad tuen-
da præsidia, non salubria, & recte
excogitata poterat, sed sequi, quò
vocaret egestas. Ergo libertate, qua
semper in monendo est vius, & quā
intenderat aduersus Principem,
amor, & merita, ad Regem scripsit
litteras, ni validissimam ornaret
pro Belgio classem, nec posse bel-
lum finiri, nec maritos populos
in fide contineri, denontians. Cum
enim omnis regio, quæ adeunda
erat, tot imperuia canalibus, tot am-
nibus secta, paludibus obsita, & in-
terclusa maribus vix caperet pedes-
trem exercitum, vires atque opes
in

in classem, & instrumenta mariis esse vertendas: quod certè campus erat, ubi floctuaret naufraga, & incerta victoria. Non aliter Zeilansiam contemplandam esse, ac medio in Oceano enata faxa, quæ munitiones, & alta moenia circumdant. Itaque aut ornatas in Hispania naues mitteret, aut pecunias, quibus ipse in Belgio commodius instrueret. Acrius deinde questus fudit de malignitate quæstorum, sed petens ex occulto Regis auatitiam. Retum denique præsentium faciem implicatam extendens, significabat, quantos labores, & inopiam milites, quanta ipse, & filius pericula, inuidiam, & dolores profide, & eius gloria perferrirent. Dasset opem felsis; mitteret auxilia, aut saltem successorem, qui gravior eius Maiestati, non certè magis fidus, regeret Provincias auspicio, & virtute maiore. His prætermodum offendens Rex, & iræ alimenta dantibus, quibus propriæ virilitatis

**Cum in-
dignatio-
ne respō-
det.**

amor, honesti curam, & publicæ
utilitatis ademerat, respondit Alba-
no: Ante sibi defuturas, quas etus im-
modicæ cupiditatî ministraret, opes,
quam bonum fidumque successorem;
qui moderatione, & clementia perfice-
ret, que armis ille, & rigida severitate
non posset. Pecuniae satis habiturum, ut
ornaret classem, & tueretur exercitus;
si daret operam, ut Belge amarent du-
cis mores, & simul arma timerent. Le-
cta epistola Albanus, iam se vilem
Regis esse coniectans, postquam in
bellis grandi etate consumpta, cor-
pus animusque deficerent, multi-
plici dolorum forma vexatus, eam
noctem egit insomnem. Prima luce
filium, in quo securè acquiescebat,
accersit, & quid optimum esset fa-
ctu rogabat pater infelix. Federicus
contumeliæ ignarus, eius noua fa-
cie percultus, iraque, & pudore sub-
fultans, haud dubitauit, missionem
esse petendam; ut saltem venturi
Gubernatoris error, & ignavia Al-
banorum acta probarent. Palam sen-
tires

tiret Rex, consensus Orbis agnoscere, quos viros Philippus spreuerit, quos re in eorum locum sufficeret. An inueniri posset dextra fortior, & sapientia maior, quae simul premant maris fluctus insanos, & Septemtrionis rigida arma sustineant? An blando, & fæmineo imperio, an virorum labore, & terrore armato frangenda sit audacia Rebellium? Cogerentur fateri auctores ipsi inuidiae, Hispanam virtutem celebratam concidisse Albani discessu. Nec iam extenderat famæ suæ terminos septuagenarius senex sed quos summam per virtutem obtinuerat immensos, tueri tranquillo in otio curaret: ipsam etiam ruinam Provinciarum erecturam esse monumenta gloriæ, nunquam peritura Hæc Fericus ardens disserebat. Albanus, quamvis altè penetraverat dolor, Hispanam tamen gloriam, obsequium Regis, religionis commoda, vitæ, famæ, & cæteris mortalitatis bonis præferens, non omittere Provincias statuit. Rursusque datis litteris, blando, & supplici obsequio

500 Ferdinandi Toletani Vitæ

Regem mitigare tentauit; ni iam
ille assentationibus malorum claus-
sus, decreuisset animo adeò fane-
tum, sc̄cumque Hispano Orbicon-
siliū, audius retinendi pecuniam,
& cuncta suo arbitrio regendi. At
in horas vrgente corporis affecti-
valetudine, mentis aucta contagio,
cum non equo vehi, non innati ps-
dibus, non itinerum iactationem
posset, nec coeli rigorem tolerare;
cum per legatos bellum administra-
re cogeretur; nulli mortalium sta-
tuit, suam gloriam, & traditas à Re-
ge Prouincias credere. Quamuis
enim acer animi filius patris virtu-
tem æquabat; impar tamen erat ex-
perientia, & artibus, quibus præser-
tim Orangius grauis hostis niteba-
tur; nec erat illi inueterata auctori-
tas, quæ nutu suo regens militem
per ardua, & inaccessa nudum, &
egenum, lætum tamen, & fidentem
redderet, motusque seditionum so-
la maiestate comprimeret. Disces-
suna quoque Ducis accelerauit me-
di-

dicorum scelus, quos pecuniae aud
 diissimos, & ciuium metuentes odia
 impulit volentes ingens merces
 oblata. Itaque Albano persualete,
 iam enim extremam prouectum ad
 ætatem, nativo stomachi debilita
 to calore, non posse in axe gelida
 Germaniae salubritati restitui: ner
 uorum quoque tormenta humido
 regionis solo, & sydere intendi: nec
 aliter medicamenta profutura; ni
 patriæ naturalis calor, & siccitas,
 humoris graffantis causas adime
 rent. Ergo iam se deficere sentiens,
 nullumque permanendo afferre sa
 luti publicæ auxilium, sed tabem
 corporis, & animi cruciatus vehe
 mentius sequi manentem; missio
 nem ruslus, causis, & testimonij
 medicorum tanquam apud iudicem
 relatis, petiuit. Concessit eam Rex,
 irasque mitigauit litteris amore, &
 benevolentia insignibus addito in
 honorem Ducis; discessum se per
 quam grato animo habere, ut visa,
 & sapientia eius frueretur, cuius vi
Missionem tam
de patribus.
Quam
Rex ho
noratiss
mè conq
tam, cedisse;

tam, & salutem Belgico dominati anteponeret. Sed metuens hominum malignitatem, & inuidiam, ut fidem dictis ficeret, in Belgio ipso iusit designari urbem, quæ duodecim florenoram millia Ducis redde-
ret: quod donum attestaretur, accep-
ta Regi fulisse, quæ gererat ea in pro-
vincia Albanus. Idoneus Belgarum
genti reconciliator est visus. Ludo-
nicus Requesenius D. Iacobi equi-
tum magnus Commendator; cuius
nota suavitas, & clementia, iobur-
que animi, & simul virtus incendia
rettinerent, & obstinatos frange-
rent.

*De mis-
fione Al-
banis.
mores.* 27 At Albanus, quam-
actis eum premebat valetudo, sa-
bani tu-
mores. uori tamen fama premebat, ma-
lignantate inimicorum angente de in-
dustria rumores. Iam illam diffiden-
tem damuasse bellum temere sus-
ceptum, non deiectum merbi mag-
nitudine, sed periculi; cui se impa-
rem confitebatur, successore peti-
to. Sic cum sensisset Cæsar, Carolus
alte-

alteram fortunam, in Hispanum secessum properas: vnde monitus Dux exemplo præceptoris, hisdem repetitis artibus, fortunæ extrema vitabat. Non pauci laudato Regis consilio, eius tuebantur magnis argumentis sententiam: deperandum quidem nō esse, Belgas posse in meliora dedaci, si tumultuum, & malorum causa, odiumque populorum Albanus procul staret, miri duce, & claro innoxij artibus dato; qui ex diuerso tendens turbatis rebus modum faceret, extra iram, & arrogantiā victoriae. Ingratam fuisse Belgis præsentiam eius, per quem inferitatem, cædes, atque scelera se coactos esse meminissent. Nullum posse acquiescere fideliter suo dolo ri; cum is in desperationem agat, & rabiem. Non in Regem Belgas, sed in Ducem arma mouisse: huius terrible ingenium, crudelitatem, violenta imperia reddidisse populis triste ac difficile obsequium. Quis enim ei ex animo pareat, quem vi-

304 *Ferdinandi Toletani Vitæ*
deat suæ cladi auctorem? Sed quibus terum humanarum altior ten-
sus inerat, animisqæ integer a ma-
lignitate, & inuidia, facile astense-
re, discessu Dacis res Belgij perdi-
tum ire. Non enim oderant virum,
sed egregias virtutes, & artes, quas
inuitas esse dolebant. Itaque eius
metu solati, que in summum in acie
Imperatorem, in urbe iudicem sen-
serant, nouos tumultus, & errores
in dies fidentius augerent. Actum
crueliter nihil, omnia constanter;
victos cæsosque hostes, fracta arma
Germaniæ, Gallias cladibus terri-
tas, Belgium domitum, nulla spe
relata, à Rege suo, & Deo deficere.
Quod si primus Dacis accessius fuisset
noxius populis, iam tanè nèn co-
ventum esse, ut posset nihil effici,
amoto timore. Etenim discessu vi-
tri, tanquam belii signo præmisso,
Germani, & Britanni erexit nova in
arma consergerent; qui non aude-
rent provocare toties victoris au-
piciium. Bataviam arduam etiam

A-

Albano prouinciam Zellandiam
inaccessam duci minori parata fini-
ti morum auxilia, vt Orangio, &
Hæresi fundarent imperium. Re-
gem debuisse repetere memoria,
quantas procellas excitasset modo
speratus Ducas excessus, vt inde
quam sœnas, & irreuocabiles verus
caturus esset, agnosceret. Hęc certe
vera nimis fuisse probauit exituare-
rum. Nam ex eo die, quo gaben-
tione excessit Albanus, Germaniæ
populi, & Britanni it. spem victorię
reuocati, auxilia pro Belgis foedera-
tis misere. Orangius Batavia, Fri-
sia, Zellandiaque potitus, Geldriā,
& Transfletianam citas invasisit.
Deinde quoties de concordia est
actum, aperiuerere Belgæ, in Deum,
& Regem odium, causam veram ex
titiole tumultuum. Equidem mitis
& blandus Requesenius, ubi frustra
capit bonitatis, & amoris artibus
ciuium obstinationem tractare, pro-
tinus ad arma confugit. Sed patuit
etiam quantum opis in uno viro
fuis;

fuisset, ut esset inuidus Hispanus. Ille namque exercitus terror paulo ante Germaniæ, æqualis stipendijs Ducis, tot prosperis laboribus induatus, instructusque ardua belli patientia, aliis sub alio Imperatore videbatur; non aliter ac corpus caret spiritu, cuius magnitudine, & igne ante vigebat. Hinc clarum se ostendit exemplum, non ante Principes debere egregios viros provincijs amouere, quam incæpta ad suam magnitudinem bella perfecerint. Malè enim successor, quantocumque robore sit instruatus, excipitur, qui reram nexus, & consilij nodos ignoret: aut ambitione animi, & æmulatione datus, tritam viam ingredifastidiens, nouum iter cumperere per ardua maluerit, quam sequi monstratum: & cum sæpius unum modò ad victoriam ducat, si eo aberret infelix regionem, exercitum, sequere induit errore fatali. Arduum est eam, & artifices sentiant esse summum laboris, imaginem ad linea-

me;

menta ab alio præscripta cum lau-
de formare, si ignores alterius idæam,
qui duxit ad suam mentem lineas.
Habent, & suam idæam militatis,
& ciuiliis artes, quam non aliis, nisi
essingens intelligat, extremæque
subtilitatis lineas agnoscat. At
Requesenius, Regis accepto impe-
rio, Insubria, cui præterat, omissa,
duobus equitum signis comitatus,
celeriter Brusellas ingreditur. Eum
magnificè exceptum Albanus, om-
ni sapientia, & artibus, quas maxi-
me in illis prouincijs inuenierat, inf-
truxit, iterum atque iterum mo-
nens, nihil remissè faceret, strenue
inseruit arma Orangio, ornaret va-
lidam classem, & certò cederet
Hæreticos, si amentur, deteriores
esse, quam si metuant. Ergo lexen-
nium Belgio administrato, quatuor
signis equitum viæ custodibus da-
tis, excessit magno cum Hispanio-
rum luctu, & desiderio bonorum:
quod adeo turbauit exercituū nē-

Requesen-
nius Ga-
bernator
Brussel-
las ingre-
ditur.

Belgio
excedit
Alba-
tes,

tes, ut duces missionem peterent,
& miles in rabiem lapsus, frequenti
seditione ostenderit, cuius amore,
& maiestate coactus, adeo constan-
Dolor teregisset. E quidem eos assueti in
exercitu, cum reliquis virtutis orna-
tuam, mentis esset illustris. Requiescens, illud
Quide tamen Albani auspicium, illud
seditio- robur animi, quibus incitati ad eam
nesexor diem perstititient, illos vultus, eam
diem cum lachrymis, & gemitu re-
ce. quirebant. Contra Heretici, tan-
quam certicibos seruitutis iugo de-
cussio, in arma fidentias ire; Otan-
gios violentus, & industrius agere;
Britanniam, & Germaniam fatiga-
re poscens auxilia. Qui in fide dura-
uerant, in spem libertatis credi
Orangij nomen, & vexilla recipi-
re; omnes denique resumere peccā-
ti audaciam; ingratum certè, sed
caelatum monumentum statuē-
tes Albano. Is Gensam ingressus,
cons-

concedit nauim, Hispaniæque
appulsa litori, Mantuam venit.
Vbi honorificentissime exceptus a ^{Cum ha}
Rege, aulæ quoque Praefecturam, ^{nore à}
& potentia vim contra omnium, ^{Rege Al}
spem, & malorum vota, retinuit. In ^{ban. ex-}
quo magistratu Albanus clatus cipitur,
egit, donec nouo turbatus
casu, Regis iram con-
ditam mo-
uit.



VITAE FERDINAN. DI TOLETANI ALBÆ DVCIS.

LIBER VIII.

*Quæcō.
filia in
pace tra
et auerit*

EXTRREMVM iam opem
Ferdinandi aggredior, quod nobis Lusi-
taniam, & quantum
terratum Indicus Oceanus vastissi-
nu claudit, adiecit. Sed media in glo-
ria, tanta in iætitia rerum, vltimum
syderis clarissimi diem, quæ in ter-
ris egit, dicturus, non adeo latus
persequar, quod finiendum est. Cæ-
terum memoria, & recordatio vir-
tutum in partem solatij venit; quas
si omnino scripta nostra non expri-
mansi,

mant, tamen non ineptam formant
imaginem: & sibi illudens tensus
gratissima iniuria, per lineamenta,
& umbras animum haud multum
aberrantem in veræ lucis gaudia de-
ducit. Antequam ad belli horrores,
& castrorum disciplinam redeam,
subit noscendi desiderium, quid ille
per quinquennium in pacis otio, au-
læque militia tractauerit. Verum in
hoc incusat iustus dolor temporum
illorum inertiam, aut inuidiam, quæ
fraudauit nos maiori fructu sapien-
tiæ. Certum enim est, magnis illum
interfuisse consilijs; nec inæquali in-
dustria aduersus æmulos de poten-
tia, & gratia certauisse. O quantum
ardet animus, ea summa præcepta,
cam fortunæ certam, quam iussit
Ferdinandus posteris traditurus le-
gem inuenire; quibus nostram, &
lectorum mentes in mutui laboris
premium instruerem! Quantum ea
nosse prodesset illis, qui brevi, & ins-
tabili gaudio male fundatæ virtutis,
Principis aulam, & inuidiam poten-
tium

512 *Ferdinandi Toletani Vita?*
tium coacti fugere, magno cum rei
publicæ detrimēto secura se in motia
recipiunt. In id consilium quoque
ducaus Albanus, & inueniens, quan-
tum estimationis interesset, se nō
nunquam alienum à favore mons-
trare, & ijs velle carere, in quæ fla-
graret ardenter, iam valetudinem
aduersam causatus, & corpus labo-
ribus impār, recedebat in oppida di-
tionis suæ; iam aulæ, & curarum fas-
tidium obtendens, se domi clausum
tenebat, sparsa ab aulicis fama, Du-
cem vni æternitatis curæ intentum
despicere cuncta mortalia. Æmula-
tioni sic cedens, Regemque, & ini-
micos suspensos habens, nulli mor-
talium dedit suæ mentis arbitrium.
Philippus verò, quoties essent ar-
dua trastanda, non ante censebat,
quam audisset Albanum, Magno
itaque in eo concilio, ubi de mitten-
do in Belgum Ioanne Austriaco, &
armis amouendis sollicitè Philippus
agebat, animi libertatem, & sapien-
tiam maximè ostendit. Cæteris
nam;

nāmque, præsertim Chinchonis
Comite, qui post Rhodericum, &
Spinosam, in gratiam Principis nō
tamen adeo flagrantem irrepterat,
Hispanos amouendos esse censem-
tibus, & palam inclinante Rege,
maximè in hunc modum ortus est
dicere. In omnibus grauioribus cau- Censet
sis, quas arduas, & summas dextre in Bel-
nostra, consiliumque perfecit, non utili- gium
tatem aut ambitionem meam procura- Austria
ui, sed gloriam tuam, & patris Caroli, cum mi-
iam cœlo recepti. Inuidiam, & sua rendum
odia multorum, nec semel tuam iram esse ar-
sustinui, ut possim communi bono pro- macumq;
desse. Nunc verò sparsa capiti extrema
canicies, atque etas cum laude exacta
admonent moritum, ne' altum me
ostendam, cum nihil timendum habeā,
quam me gesserim, cum multa, & tua
magnitudini æqualia vigenti robore;
& annis sperare licebat. Fides, virtus,
& amur in te meus strenuum me in pe-
nulo, in Senatu liberum faciunt. Hæc
extra ignara vincit tot adiecit tuae lau-
trophæa, quot seruauit regna confi-

514 Ferdinandi Toletani Vie-

lium. Nec minus tibi in aula prestiti,
adulationum imperius illecebris, quā
in acie semper hosti terribilis. Quæ di-
ximus, non arrogantia ducti; sed ut
presumas sententiam nostram; & dis-
cas, cui viro offensus tuos debias ob-
tringere; an rerum in expertis, & dul-
cia blando exitio tradentibus; an vera,
& fortia danti, tantisque in rebus tibi,
& patri Augusto probato? Sed ante-
quam de hoc, extremo forsan pro Belgio
consilio dicam, metus, & seditionis can-
fas, quæ sit hominum natura, & cu-
pido insana libertatis, altius ex-
ponam. Initium tumultuum, regen-
te Provincias Margarita, se mo-
vit; quod statuto Fidei tribunale, ad
veram religionem, omisis ritibus in-
fandis, cogerentur. Dum illa armata
fuit, nihil præter nocturnos catus, &
querelas agitare sunt ausi: Hispano-
rum terrore amoto, palam est tentata
defectio. Ego tuo imperio adactus
sus intuli; decusisque fœderatorū capi-
tribu, immanes hæreticorum copias fu-
di, cepi vrbes, arces imposui; hostesque

in extre^mos angulos Batavia, & Zelandie pulsos excindire parabam; cum assiduo morbo laboranti, & castris iam inutili tua clementia subuenit, ad Provincias misso Requesenio. Hic præcepta nostra contemnens, exitiali indulgen-
tia, recte à tenore seueritatis deflectens,
animum inter angustias tandem, & se-
ram pœnitentiam expressit: audaciam
que rebellibus, cum Batavia, Zella-
dia, Transisselania, & magna Frisiæ
parte velut testamento reliquit. Nunc
regens in præsentia Senatus afflicti rea-
bus ultima in ruinam imposuit. Hinc
patuit, non indulgendo, non blandis
amoris artibus exulcerata vulnera
fuisse curanda; nec posse Belgas acquies-
cere, nisi libertate summa concessa, quæ
huic proximam fastidiant amplecti.
Hereticorum, Rex, est ea natura, nun-
quam meliores esse, quam cum acris
vindicem timeant. Cæteris blanda fo-
menta prosunt; hæresis contagio non ni-
si fiamma ferrumque medicantur. Fal-
luntur per Deum immortalem (is fidei
nostræ, & mentis intemerata cœsis ad-

fit) qui assentiunt, pessimum quemque posse veniam mutari. Et vi inam non ad. o
trita exempla essent, ut deberent in confirmationem adduci. At arduum armatis est iter tristis minantis belli facies,
sæua omnia, & plena formidinis. Sed
quanto tristius, & difficilius erit, tot
munitis arcibus, & opulentis vibibus
prædonum manibus datis, rursus san-
guinem fundere de eorum possessione cer-
tantes, quæ nunc vincula securitatis
habemus? Intuere sapientissime Rex, si
cum armis, & mœnia in nostra potesta-
te fint, adeò superbè iugum Belga qua-
tiant, quid, eo excuso penitus, ausuros.
Quis tunc eorum se furori obiecet? quis
inferet armas securus? Quis tenebit fra-
cta gubernacula, in cœlum se iactanti-
bus fluctibus? Profecto iam maria, pa-
ludesque Belgarum, iam madentes His-
pano saugmine campos intueror, & diu-
turnum bellum visceribus hæres, quod
viros nosires, atque opes exedat. Sed
mitissimus Princeps Austriacus, & su-
pra vota amabilis, bonitate sua obse-
quij necessitatem inducet, Belgarum sa-

uocatio in lata gaudia mutato. Ille, fa-
teor, & dandum ex dulci vultus igne
præfensi, insignem virtute, & bonitate
Principem dabit. Nunc autem malim,
eam vim animi, & patri æquale auspi-
cium armatus Belgis ostendat. Igitur
instructus magno exercitu Provincias
adeat; nefas san extrema scelerum auf,
nostro Imperio ultimum rebelles infe-
rant pudorem, & virtuti contemptum,
Regis fratre, Caroli V. filio, clarissimo
virtutum omnium sydere extincto. Quid
enim inconcessum vel arduum adest te-
meritati felici? Quanto dolore cogite-
mus, Proceres, turbandas esse mentes
nostras, cum non irreuerenter modo au-
diamus, sed crudeliter trahari Austria-
cum, Hispanorum delicias, & amore?
Et quid audere hac tempestate Belge
non poterunt, quibus religiosa sunt ipsa
flagitia, quæ diuinam religionem euer-
tant? Itaque nostra sententia est, mitten-
dum esse Austriacum, sed armatum; si
in id earum deficiat, sacra vasæ, &
ornamenta venire magnum opus fore
pietatis. Ipse ego hac deficiens atate, rot-

doloribus sectus, tanto armorum labore assiduo consumptus, non recusabo se qui Austriacum; & reddi ex Imperatore militem eo in campo, quem strati reges hæreticorum ruinis ille videat, & axaudiat Orbis Albanum non tam Regi, & glori.e, quam cœlo, Deoque militantem. Hæc plena constantia oratio Regis peccatus altius effodit, qui probari sua consilia, quoties ea vultu ostendisset, non argui volebat.

*Aula ex
cedit Al
banus.*

Nec latuit Albanum, orationem suam pro superbissima habitam, Regemque, & inimicos maiorem in modum accensos. Itaque daturus inuidiæ flagranti locū, simulata valetudine, & palam ostētato aulæ fastidio, se intra domum dies aliquot tenuit, etiam sui desiderium, post iram Regi facturus. Deinde afflatae impensis domus prætendens velle rationes inspicere, discessit Albam, filij præmedians nuptias, quas sua captiuitate celebravit. Sed antequam refecam ca-

sum,

sum, quēm vnum videtur fuisse ex-
pertus non satis fōeliciter, prælagiū
eius adiungam. Statua Albani erat
in antuerpiēsis arcis area triumpha-
lis. Eā nō Requesenius in secretiore
partem amouerat, ne Belgis pacati-
tis, vt vanē sibi promiserat, eius vul-
tus occurreret, cuius modō effigies
& nuda dextra terrebat armatos. In
hanc rebelles Antwerpia, & arce
cum reliquo Belgio potiti, insanum
ostendere furorem. Circunletit fu-
riosa concio, tanquam debellatura
Dacem armata: minaces viri vulto,
vittutemq; adspicantes deformata:
membra, & coelaturas confundunt:
In tantumque sacrilegi cætus rabies
obstinata peruersit, vt nō pauci mar-
moreæ basis frusta ad pulucrem re-
dacta aspergerent comedabundi po-
tionibus, eas Liberatori Deo liban-
tes. Statua ad æs informe liquefacta
ostendit, Belgas suos se in mores de-
formes vertisse, tanto amoto piè ac-
rectè viuendi præsidio. Deinde in
tormenta fusæ docuit palam, illos

*Eius sta-
tua in
Belgio à
rebelli-
bus fra-*

gitur,

*Comita-
turin
Guada-
lupē Rc.
gem.*

domuisse Albanum præsentiasua, &
at massediscessu. Comitatus etiam
in Guadalupem Philippum sustinuit
Regis Lusitani contemptum. Ete-
nim super bello Africano coram
Duce tractantibus Regibus, censuit
imprudentiæ, & temeritatis iuue-
nilis esse consilium, nec suscepsum
dignum ob causam. Cæterum si
tanta esset Regi cupido bellandi,
præter recens conscriptos Lusita-
nos, eum monuit adiugere quinde-
cim millia veterana externe milii-
tæ: validis iaculatorum manibus
extentas acies firmarer, quæ innu-
meram equitum multitudinem pa-
tentibus Mauritaniæ campis fusam
longius arcerent: equites pro corni-
bus, & fronte iuberet stare, nō mag-
nis, sed frequētibus turmis diuīlos,
quofacilius veloci multitudini oc-
curreret; quæ non acie stabili, sed
concursatione, & celeritate terribi-
listam citò funditur, quā præceps,
inuaderit: ponendis castris amnium
ripas, & colles manantes aquis; pug-

næ angustias, vbi aduersus multitudinem valeret plurimum virtus, eligeret. Atia dedit multa præcepta, quæ, Cæsarem in bellum Tunetanum sequutus, de Numidis, & Mauritaniae gentibus animo formauerat; ut, si obueniret, quam exoptabat, occasio, ea velut in thesauris mentis condita haberet. Rex in severos Ducis vultus figens oculos (nam, & formam corporis consentire animi magnitudini dixit) eum rogauit, an vellet, sequi arma ab Hispaniae Regibus tam plie susceppta. Haud cunctatus ille respondit: Semper id in votis à Deo habui petitum, me sanguine Saracenerum explem. Tua iam signa libentissimè seqnat, si istam animi tui ardenter flammat, inexperatum inornatumq; robur moderandum longe aen duci permiseris. Non enim alia sub leged discrimen gloriæ nostra, & militiae tot annos cum laude exactæ amplectiar; nisi ea pars virium, quam verum longus usus fecit inuictam, penes mesit; nimirum artes, & pruden-

Promit.
tit Sebas
tiano, co
mitem se
nurum,
si suis il
le consi
lijs pare
ret.

tie

525 Ferdinandi Toletani Vita
et consilia. His cum re instructum, &
victorem fecerim, ingens beneficium à
me habiturum esse cognoscas. At ferox
iuvensis decreto æterno affixus,
quod volentem trahebat in fata, ve
la no spiritu elatus et tulit. Ille magis

Super expertus est, Albane, qui à suis majori-
bus Lusibus doctus, etiam habeat necessitatem
sitanti res vincendi: frustratis enim cogitationi-
possum bus, & timentium arcibus, excelsa vir-
tus cum Majestate nata, potens, & se-
cura persistit. Nos itaque arduo in bello
Rex, & Imperator monstrabimus, quā
vana sint sua consilia. Quod si in alium
transferre vellem nostrę glorię fortu-
nam, non adeò virtutum egena est Lusi-
tanias, ut plures et meliores viros da-
re non posset. Albanus indignatus fe-
rocia ardantis iuuenis, seuere cum
monere parabat. Sed Philippus me-
tuens, ne ad manus ira transitet, im-
peravit Duci silentium. Verum
quæ præuiderat, tacere non suffi-
cens, conclavi excedens, Proceri-
bus Lusitanis coram edixit, teme-
rarium Regem daturum citò poe-
nas

nas sui spreti consilij. Post hæc Man-
tuam reuersus, pro filio custodiri
iussò orare non desitit: Regemque
certum iræ, & seueritatis expertus,
Albam citus venit, deditque ad fi-
lium litteras, quæ patris etiam cap-
tivitatem adjicerent. Sed hæc al-
tius repetenda sunt.

3 Iam superiori in libro *Federic.*
meminimus, lætum esse amoribus *custodiræ*
Federicum, & audacem. Postquam *iubetur*
in Hispanias venit, curis belli solu-
tus, resumptis blandimentis aulæ,
se palam deuinatum vni (cuius no-
mini consulto pacimus) ex comi-
tatu *Reginæ confessus*, eam magni-
ficentissimè ornabat, & colebat. Fo- *Reddi.*
nebat amores vtriusque *Regina*, *turca-*
gratiam suam ostendens, & virginis *sa-*
formam exponens, ut eam *Federi-*
cus in sinum vacuum matronio
reciperet. Iam enim *Maria Pimen-*
telia Comitis Benauentani filia,
quam duxerat post Aragoniam pri-
mam coniugem fato concesserat.
At virgo ignara, quanto sit poten-

tior inconcessa voluptas, amore accensa, & desiderio, ardebat alloquai Federicum, illecebris implicatura: &, si rumori vano est fides, nihil intentatum habuit, ut coniugij fidem exigeret. An eam Toletanus medio in æstu, & querelis amantium obtulerit, satis constare non potuit: nec enim credendum est fœminæ; nec testes solent adhiberi pactioni, quæ sine arbitris cœnlat securior, & plenior. Certè nullum pignus à se datum, nec ab illa habere afferuit iuratus Federicus, præter munera, & salutationes aulicas, & fauorem elegantiae quæ situm: nec vltrà se in aula sui Regis auctorum; nec maiora ex ea, quæ diceretur a se in coniugium petita, sperare debuisse. Illa nec palam fateri, nec omnino negareculpam audens, conuellebat animum ingrati amorisflammam, & repulsa padorem. His tandem incensa sima, lachrymas apud Regiam Annam fundens, testabatur honorem suum, & famā perditum ire:

ire: quamuis enim casto gaudio, licentius tamen amauisse, quem non ut amatorem, sed coniugem, data mutua fide, colebat. Hinc secreteores sermones, fauorem, studium & benevolentiam non occultam manasse; quæ nunc estimationem pudicitiae lèderent, per urbem sparso rumore. Cur etiam illi primæ nobilitatis virgo esset fastidio, nisi in contumeliam Reginæ? Cur tam citò formam, & venustatem odisset, cuius antea desiderio torqueri fatebatur? Quid alias eius comitatus nobiles virgines sperandū habeant, si præcipua charitate, & gradu tantæ conficeretur iniuria? Quenq; tam curiosum satis sui honoris, & famæ, hoc uno exemplo admonitum, filias Reginæ ministerio datum? Hæc, & talia apud aures venerande Austriacæ: apud amicas violentius agitata rumpebat affectus sternere leumi; ornamenta dignitatis abijcere: desperationem, rabiem, diras imprecationes in amatum

tem scuum, Deum, hominesq; cie-
re, infelicem pulchritudinem dam-
nans, & prouidam male naturam.
Eadem dolentes ipsæ comites, &
patrem sibi quæque timentes vicem
semel impunita licentia, referebat
cum lachrymis, & obsecratione ad
Austriacam. Hæc primum cuncta-
ta, cum viri tentauisset frustra cons-
tantiam. Philippum dictis, & que-
relis aggreditur. Cuncta erant no-
ta Regi, & statuerat Federicū in pre-
mere, aut vincere: sed ingentia me-
rita Albanorum, & exitus incertus
smorabantur iram: nouerat enim Fe-
dericum non catcere, non vinculis
esse frangendum. Itaque, quod sæ-
uissimum erat, aut familiam de se
optimè meritam diutino mærore
affligeret; aut vietus, quod indeco-
rum erat Maiestati, absisteret causa.
Regio & tamē questibus, interdum
lachrymis, & æmulorum odijs vr-
gentibus, in asperiora etiam genio
suo inclinans, Albanum, & Federi-
cum iubet accersi. Quos ut præsen-

tēs habuit, causa tristiori vultu ex-
 posita, necessitatem indixit; aut au-
 læ suæ decorem, & virginis contu-
 meliani esse ulturum persevera cui-
 todia. Obstupnere viri Registam
 minaci sententia. Federicus omnia
 quæ probari non posse, nec illa fa-
 teri, constanti inficiatus est animo.
 Albanus se ad eam diem ignarum
 fuisse respondit: quod si filius deli-
 quisset audax amator, timere qui-
 dem suæ domus infamiam; poenam
 non deprecari. Cæterum rem dig-
 nam esse, quæ grauiori excutere
 examine. Diebus aliquot ad consul-
 tandum datis, mæsti, & cogitabun-
 di discedunt. Hoc medio tempore
 multa perpessi sunt, viris eius fasti-
 gij indigna. Ereda enim ad Alba-
 norū lapsum audacia, inimici spar-
 sere rumorem; Regem tandem pe-
 tæsum Toletanorum superbiam,
 eos regia vrbe arcere parare; iamq;
 in vincula, & arces ob occulta cri-
 mina deferri. Hinc hominibus soli-
 citudine incussa, eorum colloquia

328 *Ferdinandi Toletani Vitæ*
vitare, deserere limen, nec pauci
tanquam reos Maiestatis inspicere.
Rex non audire preces, non aditum
dare clausus, & vincula atque exi-
lia minitans, ni intra statutum tem-
pus mandatis obsequerentur, obsti-
natione deposita. Hac ultima seue-
ritate turbati non leuiter, cum vrbe
excedere lentum remedium esset
flagranti malo, Albanus, & Federi-
cus, cum magno Priore Ferdinan-
do, & Antonio Toletano equitum
aulæ Præfecto, de rerum facie atti-
niti, & suspensi discriebant. Cun-
ctis vna sententia fuit, extrema an-

Toletani te pati, quam labem. Deinde pla-
*Rgis co-*cuit Regiam simili ingredi, & co-
*clave ir-*ram afflatae domus merita expen-
*rumpue*dere. Ergo intrantes aulam, conclau-
uis ostium, in quo tunc Rex causis
civium intentus supplices libellos
legebat, subito ingressi clausere. Ille
supra modum commotus affurgens:
Rex tur- Quid, vim inferre tentaris? nec loqui
batus ex tuus plura sese violentus abstulit. Pro
cedit. gaudiis litteris manu sua scrip-

tis, iubens, ne antè Toletani aulam
ingredi auderent, quam Federicus
nuptias celebraturus intraret, aduo-
cato status regni concilio, rogauit,
an Federicum custodiri iuberet.
Nec cunctanter censuere, cum trā-
facta esset præfinita dies, & Albani
in obstinatione durarent, esse de Ma-
iestate eorum pertinaciam evince-
re. Alij, quorum sensus mouebat Et decer-
nit capri
uitatem
Federici
inuidia, infensi scriminantes auda-
ciam regium irrumpendi cōclavē,
grauiora exempla meruisse dice-
bant. Quid expectandum vltra,
cūni vi expugnauerint aditum, nissi
vt inferant Regi? Proximam enim
esse defectioni violentiam. Quæ
esset Regi securitas, si paterent vi-
lentis aditus, & ferro quidem cin-
gis? Si vero immunitatem facto da-
ret, ad reliquos extendi licentiam.
Venirent protectò Belgæ, & quem
audaces vnum timerent abletem,
in regia vrbe, in amplexu, & oculis
fidissimorum ciuium trucidarent.
Arduum esse nihil grauiora timen-

tibus, ubi plana sit via, & apertus aditus. Mens erat Phillipo male secura, nec firmata satis in viti atmo-
ris; cuius interdum explicare effe-
ctus pudor, non constantia vetabat.
Itaque ad alios quoque permanasse
videns, quæ tacitus agitauerat men-
te, Turrim Syllanam aduehi Fede-
ticum iubet, & custodia teneri.

*Turrim
Syllanam
defertur
Federic.*

4 Excepit Albanus num-
tium, iam dudum aduersus imni-
mentia firmatus: & discessu filij è
vestigio parato, supplicem libellem
per Antonium Toletanum misit ad
Regem, veniam deprecans, ut sor-
tem filij non deseretur pater; gra-
uius enim virique esse, unum libe-
rum, & florentem stare, quam am-
bos iacere captiuos. Philippus, ira
condita, haud cunctatus respondit
Antonio: senillum habere in Du-
ce offenditionis causam præter eam,
cuius poenam exercebat in meri-
to filium; dolor quidem redunda-
ret in patrem. Cæterum si ita esset
cordi, recederet; neminem à se te-
nem

neri beneficijs invitum: & optimos ministros seruare didicisse, & illis sine reipublicæ detrimento carere.

Albanus sensum strenue penetrans, se in aulam contulit, mutata veste; petitaque Regis copia, & obtenta, de filio loquutus nihil, pro beneficio gratias retulit, quod asseruit inter summa reponere, dedit se tandem Regem iustæ quietis locum, & sibi vni viuendi licentiam. Eodem reliquit Mantuam die, tam vultu constans, & alacer, ut fidem propè fecerit, non dissentire mentis gaudia.

Geminato filij, & patris exilio turbatas cogitationes hominum, & in futuri contemplationem eretas grauior adhuc nuntius exterruit; Albanum ipsum in Vzedæ arcem delatum esse captiuum. Quippe Mantua excesserat Dux, non studio aut desiderio filij motus, sed exequi destinata festinans. Cum igitur Et Fede venisset Albam, Federicum omnia rito insparata esse, ut inter utrumque congit Ma- uenerat, monuit. Et ille, vt erat in- Toleta-

*Regians
be exce-
dit Alb.*

territus, equos fatigans Albam ci-
tus intravit; ubi Mariam Toletanam
Garsiæ Villæ. Franchæ Marchionis
filiam matrimonio sibi coniunxit;
quo eadem nocte perfecto, rursus
Albanum custodiri Rex iubet.
incustodiam reuersus est, iam secu-
rus honoris. His cognitis, quæ
latere non poterant, nec latuisse de-
ceret Philippus ardescens ira, custo-
diri iussit Albanum, & arctius asser-
uari Federicum. Ducas captiuitatis
fama cito gradu permeans Hispaniam,
ciuium pectora atque ora va-
rijs sententijs impletuit. Hi Regis
constantiam efferentes, Catholico-
Ferdinando æquabant; qui Mag-
num expoliatum honoribus, propè
in captiuitate retentum vitam fini-
re coegerit; non quod de amore
dubitaret, & fide, sed magnorum
Principum ductus exemplo, quibus
formidolosum est, adeo claros vi-
ros prouincijs diu, & summa auto-
ritate potiri. Non Regem illum es-
se, qui homini priuato gloria, & vir-
tute concedat: in honestum saltem

esic

*Hifa-
etum Re-
gis lan-
dant.*

esse, fragilem, & caducam ostende-
re potentiam, quæ inniti videatur
alterius officio. Tunc regni statum
esse verè fœlicem, cum ostenditur
palam, patere bonis ad honores adi-
tum, & nullis meritis ciuium male
facta defendi. Hæc in Albanis emi-
nere dubitari non posse, à patre rup-
to imperio, a filio custodia. Con-
trà alij, ingratitudine Regis utrius-
que damnata, extra amorem, &
odium æstimantes causas censebat,
eas esse leuisimæ, quibus tot meri-
ta, & labores Ducis, victoriæ, tro-
phæaque obliterarentur vna iracun-
dia Philippi. Rupit sanè custodiæ
Federicus; sed protinus se illi resti-
tuit: imperia transcedit Alb. sed do-
mus inclytæ famæ, & pædori consu-
luit. Quid ultra peccatū? An Maiest-
atis obtenduntur crimina, an tēta-
tum regnum obijcitur? Nihil cer-
te, nisi Federicum amauisse nimiū,
aut fœlicitè parum. Hæc vero pu-
nita satis, & plus quam satis erant

*Alyj non
probant*

vnius captiuitate, alterius exilio. Sed Magnum Ferdinandus afflixit, non tamen amatorium interueniat iurgium, verum alta regni suspi-
cio: sed, & ille ingratus. Scipiones
fratres, alterum Africæ, alterum
Asiæ domitorem Populus Roma-
nus damnauit, & quidem republica
libera; cui summorum ciuium vir-
tus securitatem, & dignitatem au-
gebat. Eum tamen ingratissimum
Populum Liuius florentissimus au-
ctor acrisilo confudit; nec defuisse
claros viros tradit, qui cum Grac-
cho censerent, debere esse aliquam
arcem, vbi sancti, & inuictati sum-
mi homines venerationem, & secu-
ritatem inueniant. Cur etiam tam
inaui causæ Maiestatem suam inter-
poneret Rex? An etiam in amorem
crederet per supplicia suam exten-
di potentiam? An voluit minimis
delictis summa exempla dare, ut
omnia se curare inteligeret ciues?
Hæc quidem melius spernuntur, &
secu;

Secundum Princeps degit, cum extre-
mis flagitijs seposita habeat aqua-
lia supplicia. Sicut multa intueri Re-
gemi, ita oportet multa transmis-
se, quæ noceant cognita, præterita
vertantur in laudem. Finolam sen-
tentiam esse, magnum Principem
non alterius indigere officio, non
aliena vi niti. Si namque deficiat
obsequium, an Princeps erit, an for-
tunæ ludibrium? Ergo quo se altius
poteris attollat, pluribus debet fun-
danctis inniti. Quid denique se-
uerius potuisse centere, si proditio-
nis insimularetur Albanus? An illud
venerandum capas, cuius mente
Italia, Belgiam, & Germania stete-
rant, illis decuteret humeris, qui
Europam sustinuerit ruentem?

At fama se non conti-
nens intra Hispaniæ terminos fecit
gentibus externis licentiam vanis-
sima argumenta docendi. Hi Alba-
num, & filium custoditos esse dice-
bant, ut per ludibria miserialq; suo-
rum Philippus à Belgis redigneret

*Vanis sibi
mi gen-
tium ex-
terarano
rum orca-*

pacem, tunc maximè, cum tractabat de ponenda concordia, satisfacturus rebellibus gratissimo muncere, sed exemplo turpissimo. Alij sensu altiore vigentes, & curiosa vanitate præstantes, grauem Ducis auaritatem Regi esse censebant; quod eum tanquam magister, & pater, non compellatum Maiestatis nomine etiam arguens, & increpans docebat: & nihil idoneum magis ad iram, quam Maiestatis, & prudentiae contentio. Nec tacitus, nec semel est indignatus Philippus ea integritate ciuis, quæ supra regium fastigium se attolleret. Sēper enim latino more, quo Hispani filios, & alumnos appellant, cum alloquebatur. Acrius tamen offendit, quod Dux monitus, quam acerbè Rex eam irreuerentiam sustineret, responderit: *Sed non aliter venerari posse, quem ut chansimum filium amaret,* & regeret. Merita etiam sine præmio habeti; nec satis magnum prenderet Philippus sine regni iactura:

vnde amori odium, & merito inuidiam redditam; nemo enim eum si deliter diligit, quē in se credat auarum, aut tellem auaritiae. In Princibus grauiorē esse iram, sicut maior est libertas, & potentia nocendi. Albanum præterea non ignarum sui, extremitaque senecta venerabilis ceteros despicere virtutibus, & estate minores: Regem ad sua intendere consilia formare; quoties contemneretur, quanta sub Carolo, quanta suo auspicio meruisset, iactare; & tanquam ab ingrato premia requirere. Iam cum adulantes alij præsentem rerum statum, Regisque sapientiam, patris rebus, & gloriæ per arduas acies quæ sitæ anteponerent, eiusq; laudes inclytas, & ministros obtererent, Ducem contra inuidiam iterritum non dubitauisse Cæarem, & eius acta tueri, graui etiam oratione increpitis, qui virtutibus armatis mollia aulae virtus preferrent. Hac de causa Clytum ab Alexandro confossum, Regis sui
ma-

manus, & mensas respersisse inno-
centi sanguine ; quid ergo mirum
eadem sub iniuria a Rege Albanum
failli captiuitate multatorem ? Nun-
quam tam acerbè Iustinianum Cæ-
farem inducem Bellarium arsisse,
quam cum regnum , vitamque ip-
sam, munus eius agnouit : & ille
mortuum ingratissimum non mo-
dò dignitate, & opibus , sed etiam
cum lumine orbauit , cuius oculos
non secus ac cœlestia sydera popu-
lates amabant, hostes velut excusa
falsina horrebat. Etenim secu-
rum te Princeps non indicat , si ille,
a quo summa acceperit, ea in potē-
tia maneat, qua posset gratiam me-
ritorum exigere. At sapientiores
Constantiam Regis , Ducas fidem,
honoris sollicitudinem, & simul pa-
tientiam laudabant. Nos vero cre-
dere inducimur, hunc casum non
confilio humano, sed cœlesti arbit-
rio dispositū, ut palam fieret, quan-
to in amore Albanus esset, & quan-
tum Christiani Oribis Principes, val-
viro

viro tribuerint. Nam summus omnium Pater, vbi nuntiata est Romæ eius captiuitas, ex Senatus sacri sententia ad Regem misit litteras, quæ sitissimis precibus Ducis libertatē exorans: indignum visum esse Orbi significans, illam attineri vinculis dextram, per quam terraruni caput liberum staret, & Pontificis iuuata Maiestas: illam virtutem, vocem, mentem, & columen rebus humanis datum infringi, & conculari, amissa libertate, quæ libera fecisset imperia. Illam intueretur venerabilem etatem in castris, & Fidei bellis exactam. Ne vellet obstinatus tantam in se mouere infamiam; si Albanus curis forsan, assidueque microre consecratus mortem in custodia obiret, credi, imperata à Rege viricædem, quem esse clarissimum lumen, & regai firmamē tum, cōmuni admiratio sentiret. Eadem fermè Cæsar, & Rex Galliæ; eadem Allobrogum, & Hetru-riæ Duces, Senatus Venetus, om-

Omnès
Romani
Orbis
Princi-
pes Alb.
liber-
tē depre-
catur;

nes;

nesqua Italie Reguli, omnes liberi
populi per legatos, & litteras offi-
ciosè petebant. Hispani etiam Pro-
ceres, & regni Ordines in comitia
vocati certatim fatigabant clemen-
tiam Regis, deprecantes, tantam ut
inuidiam, & calamitatem suis ciui-
bus, & regnis auerteret. At Philip-
pus rogari cupidus, nec abnuēs, nec
omnino concedens, cunctos suspen-
sus, Ducem in custodia retinuit. Fa-
mę quidem est proditum, non leui-
ter fuisse indignatum Regem, &
haustam iuspicionem menti, quod
Principes externi tantam Ducis cu-
ram, & benevolentiam etiam non
rogati monstrassent. Vnde in tris-
tiora reuolutus statuit, non ante
eum soluere, quam Regis sui, non
aliorum beneficium nosceret liber-
tatem: vel etiam credidit viri fidem
tentari; an potius, infra Maiestatem
esse, a Regibus veneratione, & ami-
citia coliciu[m] captiu[m]. Sic enim
tardiores saltem ad imperia reddi,
quoties Regis sui iras, & arma in-
eum

*In ira
persistit
Rex.*

*Cause
reddun-
tur.*

ēūm tractauerint, à quo beneficium accepisse meminerint; augeri quoque audaciam, spe obtenta externi fauoris. Sit ergo magna nimus Prin- ceps, totus sui, & suorum totus; nec aliam maiorem necessitudinem be- nefaciendi agnoscat, quām quod sint ciues, & sub eo potissimum ament esse fœlices. An fixum Regi steterit ad ultimum in ira durare, re liquit in ambiguo necessitas; quæ eum compulit dare libertatem Du- ci, ut is maiora redderet, non bene- ficium eius voluntatis agnosceret. Sed ita Prudentia arcana dispen- sans mortalium vices, gloriæ cumu- lum adstruebat religioso viro, oc- casione oblata monstrandi, illum si ne libertate, & filio, vindū, & abie- dum tueri dignitatem suam, Re- gem sine eo magnum aliquid non posse perficere.

6 Octuagesimus secundi Belli Ze- etat annus luctuosus, & tristis Lusi- si tanum raniæ. Nam Sebastiano Rege præ- tium. Ilio infelici viro, & trucidato, cum

et ipes, vites, & Lusitanorum gaudiā conciderant. Eius patruus Henricus Cardinalis ætate iani fessus, & inutilis procreandis liberis regno succelsit; quod non post mortem relictus erat ciuilibus armis facerandum: multi enim de successione iure certabant. Proximi destinabantur Rex Catholicus, & Brigantinæ Duces; his favore ciuinum; ille potentia nitens: & cum adeo in obscuro esset iuris certa diuisio, Philippus armis, id est ultimo Regum iure, decernendum esse consti-
tuit. Itaque nuntiato populates ob-
stinatos esse pro Ducibus, triginta
hominum millia, & classem iussit
armari. Hos apparatus, & molem ut
imminere Lusitanæ sensit Hen-
ricus, ad regni Proceres, & Delegatos
Lusita- virium Almerini comitia celeban-
ni turbā tes Asturitem Literæ tandem mi-
ter. fit, edocens: certum se habuisse à
principio discordiæ, ius regni inter
Philippum, & Brigantinam Ducem
stare duisum; in Catholico insuper

Vires, & potentiam esse, qua cogere-
tur. Ergo cum æquata lance se ius-
titia teneret consulerent patris.
Ecclesiasticus Ordo, impigre Osu-
na Duce, & Christophoro Mora
procuratibus, adiunxit Catholicum
Regem. Nobilium pars ardua con-
tentione, nec nisi uno suffragio est
victa, contrariae sententiae viris ar-
ma frementibus. Delegati vero ad
se eam electionem peruinere veni-
tes, non semel patam dedere respon-
sum; nunquam se esse admissos in
tali causa iudicem, prater suorum
ratem Lusitani populi, qui vires, &
securitatem esset Regi datus. Cæ Regēq;
terum si ita placitum eset Henrico, ex ciui-
in se unum sanctas Lusitanæ leges, bus pos-
& maiorum iura denoluere, desti- cun-
naret è ciuib; Regem; non exter-
num Principem, qui ut vilen, &
infensum Lusitanum sanguinem
funderet. Hæc dum agebantur Oc-
dinum flagrante dissidio, Henricus
tantis curis impar, & animi ægritu-
dine oppressus, membra doloribus
quo-

quoquè fatigata deiecit. Ingraues-
cente per momenta valetudine, Bri-
gantia Dux vltimum salutatura
auunculum, & Regem accessit. Ut
que erat violenta luctu, caput roga-
re instantius, sororis filiam destina-
ret hæredem. Quo merito suo ex-
pelli aucto regno deberet? Cur ciues
charissimos relinquenter lanianos
Castellanæ superbiæ? Quem time-
ret Lusitanus Rex, ne vellet uno
verbo tota cruenta prælia, & gemi-
tus suorum finire? Daret hoc mu-
nus egregium Lusitanis, quod æter-
num pectoribus conderent grati, &
ni exaudiret preces, cum ipso mo-
rituri. At cum auerso ore Rex in si-
lentiò persisteret, nec finem Brigan-
tina dolori, & lachrymis faceret, mi-
nistri Regis, eius valetudinem vrge-
ri iaspicientes, auulsere fœminam
*Rex Hé-
ricus
obijt.*
*Anno
1581.*

ardentissimæ regni cupiditati inhæ-
rentem Nec post multum Hericus
mortalitatem exuit pridie Calen-
das Februarij, eadem die atque ho-
ra, quæ eum in lucem protulerat.

Obijt

Obiit etatis anno sexagesimo octauo à Christo nato sesquimillesimo octuagesimo primo. Morte vulgaris Regis, cæteris modeſtè agentibus, unus Phœbus Munissius Ulipponensis Delegatus novos Gubernatores eligendos esse denuntiat: eorum enim, quos Henricus dediſſer, tres muneribus Castellanis testabatur esse corruptos. Verum ut integritas, & probitas eorum liquido constituit, magistratum inter sunt iussi. Deinde Regis testamenti soluto vinculo, apparuit, eius sententia vocari heredem, quem leges, & propinquitatis iura monstrarent. Iam Philippus, aliquot signis equitum admotis Lusitaniae finibus, ad regni Ordines, & Gubernatores litteras manu sua scriptas miserat petens; ne volentem ciuium pacem, & commoda, ad arma, & cædes im pellerent: pacatum malleat Regem, quam armatum: ne sibi regnum, quod humana divinaqne iura concederent, obstinati negarent: mitio

ra semper esse deditis, quam victis
imperia; nam leges victor seu arbitrio,
& ira constituit, vocatus, & ad
missus eas publicæ utilitati, & gau-
dio concedit. At Lusitani auersi per-
tinace in Castellanos odio, salubri
consilio iureto, militem ad securi-
tatem regni legere cœperunt: in Bri-
tanniam, Gallias, & Venetiam lit-
teras, & legatos expedire, auxilia
poscentes: Patrem summum depre-
cari, interponeret auctoritatē suam
fatali discordiæ: Philippum autem
exorabant, arma procul atque acies
haberet; non enim violentiæ Lusi-
tanos ante cessuros, quam iura reg-
ni successorem ostenderent.

*Regnum
affectat
Antonis
Lusita-
nus.*

7 Sed Antenius Lusita-
nus, quanquam ex amasia genitus,
regiæ stirpis iuuenis, in quem ur-
bium Delegati haud dubie inclina-
bant, Conimbricæ insuper defectio-
ne firmatus, bellum atque arma pa-
tabat. Is Ludouico ortus Regis Em-
manuelis filio, Sebastiano extindo,
in spcm regni electus iactauit se le-
gitim

glitimum filium. & adhibuit iuratos testes, Ludouicum ante obitum dextram, praesentemque coniugij fidem obtulisse matri, quam celebs virginem nouerat. Henricus hac inopinata postulatione turbatus, re strenue discussa, Antonium insignem maternis cordibus declarauit, ut ipse natura ex Hebreæ formosa. Antonius contumelia accensus, Romanam procuratoribus cum pecunia missis, obtinuit, ut Pontifex, ad se deuoluta causa, Henrici acta suspenderet. Tunc Antonius Bimiosi Comitis, & Didaci Botellij usus consilijs intimis, & opera, ciuitum fidem ausus tentare, multorum animos inse pronos inuenit ; quamuis nobilium Ordo auersus erat, ob marris de honestamentum, quam adeo infamem Regis sententia vulgauerat. Certè, ut erant audi Lusitani excludendi Philippum, ni Antonius sanguine Iudaico creditus esset infectus, protinus eum nobilitas insolum regni vocasset. Plebs autem

herum incuriosa, speci suæ indulgens, ciueam, quem amabat, tuebatur; & hunc vnum, veram regiæ stirpis tobolem, venerandum esse dicebat. Non parum turbatus Rex co*Ingentes* popularium fauore, Moram proti-
op*pus pri-* nus iubet, magnas Antonio opes
uatas il- ostendere. Centum aureorum mil-
li Philip lia in censem annum, titulumque
pus ostē. & Ducalem urbem assignabat. At
dit,
iuuenis, regni animo superfusa cu-
pidine, illam vulgarem sententiam
referens; aut Cæsatem, aut nibiles-
se velle, incertæ se fortunæ permi-
sit. Ergo non cunctatus ultra Philip-
pus, classem Gadis exire, exercitum
ad moueri Lusitaniae finibus iussit.
Verum cum statuisset ipse, nulli se
bellorum dare discrimini, quamvis
misera ad Proceres, & regni Ordi-
nes litteras, suam profectionem of-
tentans, quo promptiores eos in ar-
ma traheret, & torqueret Lusita-
nos acri metu suspensos, de eligen-
do Imperatore consultabat. A cun-
ctis destinabatur Marchio Monde-

Xaris clarus belli Granaten sis opera,
 quam aduersus rebelles Mahome-
 tanos strenuè nauauerat. Rex verò
 certus sententia suæ, contra om-
 nium spem deceperit Albantum; qui
 longa rerum experientia, & belii
 artibus inclitus, unus pacando tan-
 to motu officeret. Iubet itaque
 perferti ad eum voluntatem suam,
 & rogari, an satis essent ad laborem
corporis vites. Albanus articula-
 ri mortbo pressus lecto attinebatur:
 sed in spem, & gloriam reuocatus,
 curarum æstu diuisus trahebat per-
 cogitationes animum, quæ mora-
 rentur, aut impellerent. Quis dies
 nimirum ille esset, quo incertæ for-
 tunæ belli tot victorias partas, tan-
 tam gloriam, & famam crederet?
Quando septuaginta ætatis iā exa-
 Ætæ annos vni velut iñ cui subiçciens
 ficeret fortunam dominam, ut sae-
 uo casu perpetuam fœlicitatem ex-
 ciperet? Subibat mentem Cæsaris
 exemplum, & sententia, amicam
 quenibus eile fortunam. Sed etiam

*Impera-
torē beli
lo dicit
Alb.*

*Is dubi-
tat, an
admit-
tat impe-
riū,*

alia multa turbabant. Si namque, ut
sunt incerta mortalia, præcipue bel-
lorum exitus, aliter res acciderent,
neminem crediturum cuenisse casu
sed malignè dispositas, ut per repu-
blicæ vulnera suæ iniuriæ dare et vi-
tationem: sæuos inimicos, acrè emu-
lorum inuidiam, & Regem suspicio-
nibus pronum, nec reconciliatum
fidelitèr, cum viatus esset regni ne-
cessitate, non amore, vnde contèp-
tum, iram, & suspicionem ab cuen-
tu augeret. Quantò satius esse ex-
pectare naturam, & in arce diem ul-
timum ponere, quam magno in im-
perio cum dedecore implere. Sic
melius estimaturos homines glo-
riam, si cius nimia claritate exitu
infelici mitigata, amoueretur ocu-
los perstringens inuidia. Contra
aderant indefessus vigor animi,
etiam ad maiora abundè firmati,
ingens gloria parata, voluntas Re-
gis, uillitas patris, & filii exoptata
libertas; igitur non dignius aliter,
aut cum maiori commendatio-

ne ē custodia, quam in triumphum
 posse deduci. His facile cedens Al-
 banus ad Regem scripsit; vigore se
 robore, & studio, ut eius beneficijs
 lætus occurreret: & quamuis id ef-
 fære vires negarent, eās inde recep-
 turum, quod eius voluntas esset, be-
 nè se habere. Nuntianti tamen nun *Alb. ref.*
 quam sui oblitus respondit: *Mirari ponsum*
se potentissimum Hispaniae Regem, tot
viris, tanta sapientia diuitem indigere
catenato Duce, ut regnum suæ magni-
tudini adiçeret: cum enim esset armis
certandum, simul, & consilijs agendum
alios quam plurimos in aula sua præ-
tantiores sive, & constantia habiturum
quam memorem captiuitatis tantum
hominem, & sordibus exiliij degenerē.
 Ceterum si ita Regi esset cordi humilem
 famulum tam singulare dignatione res-
 picere, daturum operam, ne beneficio ac-
 cepto vinceretur, nec Regem dedisse pœ-
 niteret: palamque inimicis fallurum,
 & hostibus, nihil pristinæ libertati, &
 virtuti eius ademptum, qui vincula
 maluerit pati, quam turpis adulatio[n]is
 obsequia. *M. m. 4* *§ Al-*

8 Albani honor, & liber-

Rumori tas per Europam nuntiata sicut ma-
busfa- lorum turbauit mentes, & in spem
ma im- certissimam bonos, clarosque mi-
plet Eu- lites induxit, ita omnes fama varijs
ropam. cogitationibus, & argumentis im-
pleuit. Pars Regem laudabat, quod
irarum oblitus reipublicæ consu-
luisset, propriæ iniuriæ affectu re-
moto. Extra clementiæ legem esse
ad ultimum semper irasci; & tristius,
in iracundia Principem dura-
re, quam impetu ferri: illa namque
diuturna est, & spe veniæ adempta,
concitat motos, & precipitat lap-
sos; hic cito incipit, cito finitur, nec
discrimen minatur, ubi furori pri-
mo concesserit ciuis. Quod si oport-
eret Ducem libertati, & patriæ res-
titui, non tempus aliud Regem eli-
gere debuisse, vt eum curè mutua
laude educeret, quem nollet esse
capitium. Magnorum Principum
documentum esse, & inter Angoli-
ti arcana, viros optimè meritos, et
si erroribus lapsos, & afflictos, reier-
cere

varetanquam instrumenta rerum,
quæ perfici sine eorum auxilio non
valeant. Nec ideò arma pugnando
hebetia cōremnimus, sed acuimus
acism; & gladium, mucrone frācto
ad saxum reddimus, qui nocendi vi
res modico artificis beneficio refu
mat. Sic Ferdinandus, cum ex illa
terribili ad Rauennam pugna trepi
di nuntij retulissent, Italiam quoq;
victam esse, & Gallorum ad arma
nutare, Magnum cum exercitu des
tinavit in Italiam, qui securitatem
rauenti daret Imperio: nec dubitanit
illum, quem supplicem, & inertem
timuerat, magna classem, & flore His
panæ nobilitatis instructum, irisiq;e
armatum delegare ad eas prouin
cias, quas insimulabatur tentare vo
luisse. Vbi enim amissa sunt ea, quæ
nos sollicitos reddunt, ignorantæ, &
malignitatis est quærere securita
tem ex ciue; cum utilius sit Regi,
potentiam cisis quoquo modo,
quam hostis augeri. Nunc verò pro
culitate pericula: fidum Ducem; &

Cas-

Castellanis Lusitanos infensos. Pars autem in Rege prudentiam, & constantiam requirens differebat: Non ea ex causa debuisse Ducem rabioli, cum libertatem, & honorem virtutissimæ, & fortunæ, non Regis beneficium posset agnoscere: hoc enim extra necessitatem dantis estimandum est: itaque obtenta libertate, causa odij manebat. Cur potius huius discordiæ initio non senserit, quæ in mentis suæ potestate, & consilio habebat? Auarissimi ingenij esse, non debito antè se exsoluere, quam instans creditor postulet. Prudentem negotiatorem liberaliter pecunias spargere, & semina agricola, vnde magno cum prouentu fœnus sperant. Cur etiam se adeò infirmum prodiderit, vt una ex anima salute regni, & gloriam perdere monstraret; qua citè deficiente. Hispanorum vires, & spiritus concidit, hostes arguerent? Magnum Principem ita cibibus Maestram suam, & regnum debere commi-

mittere, ut credatur, alios virtute
 æquales in ultimam necessitatem
 habere sepositos. Denique si Alba-
 num dignum libertatis agnoverit,
 cur eam sine pretio non dedit? Si in
 dignum, cur tam male exemplo, &
 iustitiae consuluit? An nonum me-
 ritum nocentis erat Regis aqua cu-
 piditas, quam ille vnuus expleret?
 His satisfecit omnibus una consta-
 tia Regis, & rata fiducia. Etenim
 cum domus suæ rebus compositis,
 Baraxas venisset Dux, nuntius ei
 cum mandatis occurrit, ut confes-
 sim regia via adiret exercitum.
 Non simplici curarum motu Alba-
 no turbato, & instanti velle se Re-
 gi, & Principi Didaco sacramentum
 dicere, quod cæteri Optimates reg-
 ni, & belli duces solenni ritu præsta-
 hant, responsum dedit Philippus, *Regis de-*
 nec præsenti sibi, nec absenti deside *Alb.* fi-
 ratum, Ducem alio sacramento *ducia*,
 ligari, quam fide, & innocentia tam
 magnis rebus experta. Non parum
 mitigato, quem hauserat acerbum,
 do-

*Copias
numerat*

dolore, Llerenam contendit ad exercitum, non numero, sed virtute præstantem, & mox innatum duce futurum. Quatuor millia Italorum erant in tres diuisa legiones: singulis Prosper Columna, Vincensius Carafa, & Carolus Spinellus tribuni; summæ præcerat Petrus Mediceus Hetruriæ Ducis frater. Quatuor millia Germanorum peditum Comitem Lodronium sequebantur. Septem Hispanorum peditum millia Ludouicus Henricus, Antonius Morenus, Gabriel Ninnlus, Petrus Mendoza, Aiala, & Sotomaior nobiles chyliarchi dicebant. Castris Sanctius Auila, tormentariæ rei præcerat Franciscus Alabensis. Ferdinandus Toletanus in hoc bellum accitus à patre agebat Magistrum equitū. Hi ex nobilitate Hispana conuenerant. Clarissima sunt decim nomina: Mondexaris, & Priegi Marchiones; Cifontium, Bondiæ, & Priegi Comites; Ludouicus Cueua, Alphonsus Stunnica,

Ludovicus Guzman, Ioannes Men-
doza, Beltranus Castrus, Bernardi-
nas Velasquus, Albarus Luna, Gar-
sias Mendoza, Martinus Acunna,
Sanctius Brabus, Petrus Vega, Mar-
tinus Padilla magnus Castellæ Tri-
banus; Daunij, & Montis-Maioris
Marchiones; alijque viii nobiles
sequuti sponte bellum, quod Re-
gem ipsum inuassorum esse credi-
derant: sed Albano eius in locum
suffecto, non ægrè Principis auspi-
cio, & præsentia caruere.

9 Iam Philippus, collectis
Impedimentis, & nobilibus de mo-
re vocatis, quo magis destinationis
suæ aleret famam, Guadalupem ve-
nit. Hic iefis mæmoria Henrici so-
lutis, dimissisque oratoribus Lusi-
tanis, Pacem Iuliam contendit; &
Cantillanae campum it gressus, de-
siderauit copias oculis assimilare.
Eas Sanctius Auila, quam ex Alba-
no hausisset, ostendens disciplinam,
Idibus Iulijs instrutas spatio in
æquore explicuit. Læta erat in-

*Armillas
trum co-
ram Re-
gef acie
elb.*

tu en-

tuentibus facies, tribunos, centuriones, & praefectos discurrentes videre; militem graui in agmine stare; incutsate equites, & in cornua discurrere: iam amicis armis iras omnes in hostem presumere, facta representatione veri certaminis. Enituit quoque luxus nobilitatis Hispanæ, quæ argento, & auro vestites atque arma distinxerat; & solis percussa radijs longius vomebant incendia. Sed omnium in se oculos animosque rapuit Albanus, non auro effulgens, non specie armorum, sed vultu suæ mentis pleno, & multa canicie venerabili. Cum autem fuisset cognitum, eum die proximo decubuisse in lecto neruorum compressione vexatum, tacitam admirationem non potuit Philippus habere. Is cum Regina, liberis, & Archiducibus Reginæ fratribus, sub densa raimorum umbra constiterat. Et intuens Albanum, rogauit, an Deus ille esset, qui attineri lecto dicebatur; & cum esse responso dato:

*Ardore
animi,
Et vim
Dacis
cuncti
miratur*

Profecto, inquit, aut valetudinem stimulat, aut acies illi, & arma medicantur. Enim verò, cum famulorum ministerio ægrè concendisset in equum, ubi se sensit armis cinctum clangoreque tubarum audiuit, tanquam ad notam animo excitatus vocem, medias per acies erupit ad frontem: nec antea in loco constituit, quam ordines perequit assisi moderato cursu. nec deinde cessauit ad lincas agmina perficere: & siquid contra disciplinam, aut tardius exequentur, cito prouolans equo, se se ostentabat militi severus, & Præfatos comiter admonebat errorē. Non labor agitationis, non ardens solis æstus, qui tota in Bæturia intolerabilem vaporem incendit, ani man fatigauit inuictam. Nec te-
 nuit se Rex, quin Decis exoptaret *En Rex*
 amplexos. Albasus, eius voluntate studijs
 nuntiata, equo celeriter vescius, vocari,
 quamvis humanitate Regis vetante,
 desiluit in pedes. Dextram Phi-
 lippus, quam Dux veneratus os-
 culo

566 Ferdinandi Toletani Vitæ

culo repetebat, in amplexum dedit:
 & cum vidisset Ferdinandum, de-
 siderauit Federicum, & an attine-
 retur morbo quæsiuit, velut obli-
 tus eum attineri custodia. Albanus
 maiori fortunæ assuetus, quam sci-

Constan- tet, magnam celsamque animam
tia Dn- pfectantium humilitati submitte-
cis. re, eleganter cupiditati Regis illu-
 sit, filium benè se habere in custo-
 dia, respondens; ubi in arce salutis
 positus incertos belli casus fugeret.
 Rex intra consilium, nec extra pu-
 dotē: Videris, inquit, moderationem
 Albani, qui nesciat à me cupiente dare;
 filij libertatem poscere? Et in eum cō-
 uersus: An heres incertus adhuc amo-
 ris nostri, & voluntatis gratiam red-
 dendī viro, cui iniurato regni mei vi-
Indulgē res, gloriam, & securitatem credide-
tia Regis rim? Tunc Albanus: Non ignoror Rex,
 quanta merita nos vndiq; obstringat;
 & quia multum eorum magnitudine
 me vinci confiteor, utrare desiderare non
 audeo. Sed quantum donare cupias, læ-
 tum magis facies, si beneficium non ra-

gatus & concesseris sine pretio ingrato pu-
 doris. Rex, viri integritate perspe-
 cta, volens eo in disidio vinci iussit
 protinus absolui Federicum. Alba-
 nus, gratijs immortalibus redditis,
 rursus premens equum, exercitu in
 contubernia dimisso, iam æstu sub-
 deficiens famulorum manibus de- Alb. de-
 fertur in lectum. Nimirum dum infertur in
 acie stetit, ardor incredibilis animi lectu sub
 & inextinguitus vigor membra sus deficiens
 tentabant senio confecta: eo autem
 belli, & gloriae incitamento remo-
 to, rursus superauit ægritudo natu-
 ram. An quia illustrium virorum
 animæ vires suas extra ministerium
 corporis resurgent ad nota pericu-
 la: an quod eas in potestate condi-
 tas habeant, ut in ardua belli dispē. Et curas
 sent. At ea exercitus nitentis facies rum ple-
 sicut Regi voluptatem, & fiduciam nus.
 intulit, quasi ex magnifico appara-
 tu benè augorata victoria, ita Alba-
 no solicitudinis nouas causas ape-
 ruit. Isedim affuetus toruo, & squa-
 lenti agmini, solo ferro atque ære

niteti, virorum muliebrem cultum
damnabat Imperator Seuerus. No-
bilium quoque multitudo erat one-
ri, ne exercitus, quem sarcinarum,
& seruorum inutilis turba imple-
bat, solita celeritate moueretur.
Nouus erat miles; corpora animos.
que verius ad triumphi ostentatio-
nem oreauerant, quam in ardua dis-
criminis. Has inter curas diuisum
confirmabat fœlix recordatio vir-
tutis; tot partas victorias; domitos
feroces Belgij populos; Germaniæ
arma, & conculcatas niues; mon-
tium iuga, amnes, & maria transce-
sa; nihil nisi fœliciter actum; nun-
quam irritum mouisse laborem.
Sed rursus eadem anxietatem acer-
bius onerabant; aliam in Germa-
nijs aciem, aliam in Italia consti-
tisse invicto robore consertam; il-
lam nimirum a se instructam armis
& formatam animo, tot difficulta-
tes obstantes superassem: nunc autem
ex tanto exercitu quid, præter se-
ynum, posse cum ea pristina virtu-

te cōferte? Antea sibi pro gloria, &c
laude pugnatum; iam verò post
cunctos honorum numeros, quid
ultra fortuna ad traheret morituro?
Lusitanos Castellanis velut fatali
rabie intensoſ, bellicoſam gentem
eſſe, alperam, superbam atque odijs
atrocem, non quidem pro laude, &c
gloria, ſed etiam pro vita, patria, &c
libertate pugnare: ſequamque ni
mis adhuc durare Alxubarrotæ me
moriā. At cum manum tetrahere
ſine infracta palma non posset, vir
tute ſna x̄timate lance ſapientiæ,
eam inuenit ſatis eſſe: certus enim
erat, in consilijs, & auspicio ducis
fundari exercitus robur; vadè lēti
tiæ quoque incitamentum aderat,
maiorem gloriæ fructum prouentu
rum, quanto inferiores eſſent, cum
quibus altiora getſiſſer.

10 Ante omnia caſtre. *Caſtra*
ſis otij mala vietur, ſimul ut ope
ribus infuerteret milles, vallum foſ
ſamque duci iubet, armatos vigila
re, acies instruere, laboribusque fir
ma;

*Luxu-
ria, &
otij inf-
trumen-
ta amo-
uet.*

mare corpus aduersus pericula : ni-
hil enim ferociores iuuentutis ani-
mos reddit , & æquè promptos ad belli discrimina, quam la-
certi , & nerui assiduo exerciti
aratro : sic qui ligoni , & ter-
ram vertendo astueuerint, strenuè
ad belli munia transferuntur agres-
tes; qui solent esse fortissimi, parco
victu contenti, & in ea , quæ terrēt
urbanam iuuentatem , longo vſu
durati. Perfectis, vt iussum erat, ope-
ribus, & milite in stationes diuiso,
ingressus castra Albanus , cessantes
increpat, stratos humili connicijs ex-
citat, dormientes equo conculcat,
aut hasta sauciauit: ludorum men-
fas, & cætera instrumenta otij iubet
igne succendi: magnuniq; spatiem
quod vallo amplexus erat, emen-
sus, torvo ac seuero vultu pectoris
indignationem ostendit. Iam incli-
nante die, Proceres, nobilesque du-
ces in concionem vocat ; eosque
gravi aspectu intuens denuntiat, fa-
mularum, & sarcinarum onera, va-

nam

namque ostentationem luxuriae, &
vitiorum incitamenta dimitterent
aut se dimissos haberent : malle se
carere tam bonis socijs, & amicis,
quam clarissimorum ducum, suam
que disciplinam contēni. Haud leui-
ter hac sentētia turbati, quibus erat
nobilitas celsa, Duce rogare cœpe-
runt: Ne vellent se à Lusitanis, quos ar-
mis vicerint, opibus, & magnificentia
superari: esse etiā glorie incitamentū, &
constantiae pignus, in castris habere, que
inferant dolorem amissa: hæc si felicia,
si opulenta sint, nō secus ac penates ama-
ri, in quibus opes, & gaudia vite de-
fendant. Rectè olim Cyrus, & ab eo
Persarum Reges instituisse, coniuges
etiam, liberos, & mollem turbav sequi
armatos; quo vinculo necessitatis ob-
tricti de victoria vel morte cogitarent.
Sic iam profigatas acies charissimo-
rum pignorum recordatio, lachrymæ,
presens dolor, ac pudor in vittoriam
desperatam restituit. Et hoc incitamen-
to virtutis à Persis sunt Orientis regna
perdomita. Sic Gitti, Vandali, alij que-

Inde
questus
in Duce
Girane
bilius.

Naz fero:

ferocissimi, sed ignobiles ad eam diem
populi, exciso Romano Imperio, tot reg-
na per Europam, & hoc florentissimum
Hispanie condidere. Heluetios Caesar
art, & fortuna vicit, non bello, & ar-
matis subegit : nec ante excessere Italia,
quam omni sub Romana mole concide-
rent. Vnde tanta illis virtus? Nimi-
rum ex amore coniugum, liberorum,
opum, quæ secum vicerant, patris solo
incendijs, & ruinis vastato. His reli-
qua multitudo erecta audentius cœ-
pit fremere, ad Regem provocare,
minitari se nanquam egenos, & pu-
dendos bellum adituos. Albanus
Alloqui- ut castigaret duces, consilij sui ratio-
turdū- nem ostendere non dubitans, impe-
ces Alb. rato silēcio: *Equm erat, inquit,*
milites mei, & rati obsequij pos-
cebat, nullanos consternatione mouerī,
ut apud meum exercitum Imperator
dicerem causam. Proximum enim est de-
cessi, & cladi, vinci Imperatorem in-
solentia militum. An quoties decernan-
tur pugnæ, & obsidia, iussa arguere, &
reproscere consulta licebit? Vos certè si
for-

fortes viri estis, & magna gloria capaces, eam ab obsequio pre sumite: ego ianuarius, quam expedire videatur, imperij iniurias ulciscar. Sed initio belli, nihil ultra concessurus licentiae vestrae, ipsdem exemplis utens docebo, quantum exitij affrat, castra impedimentoa cum graui agmine implere. Darius Persianum Rex, qui amisit Orientis opes longa temporum possessione fundatas, exemplum mortalibus adest, non auro, & ardentipurpura, non fœminarum, & seruorum onerosa turba geri bella, sed armis, & robore virorum, quorum celeritatem nemo possit effugere. Hac æmulum Alexandrum statuit iniustū, quicum triginta armatorum millibus aggressus Asiam, maiori eam celeritate perdomuit, quam Darius valuisse exterrere. Vito ergo credimus, an vicio potius? Sed hic, viclarum centium viuis prauo naturæ more transfusis, cum tardius monerentur acies, suas, suorumque sarcinas, & expolia Orientis, pro quibus mortem incurverant, tertiis insit igne succendi, malens invopus

militem, quam vitij oneratum duce-
re. Helvetij quoque imbelli multitudi-
ne, & longo impediti vehiculorum or-
dine, non flumina tramittere, non expe-
dire acies, non castrora in ambitum am-
plecti armatis poterant. Contra Cæsar,
expedito agmine incursans, diuisos, tur-
batos, & male cohærentes inuadens,
non quidem virtute adeptus est, sed ce-
leritate victoriam. Numantiam Sci-
pio, que toties Romanas minas spreue-
rat, amotis luxurie irritamentis, cuò
deleuit. Relique Septemtrionis gentes
secum fœminas trahebant, & liberos;
sed ipsi terui, horrentesque armis ini-
bant cruenta prælia: non illis vestes,
opes, aut alimenta erant, nisi quæ fera-
rum ritu, vincendo pararent. Sed quid
ego ignauiae vestræ oppono exempla vi-
rorum? Non vos subit pudor, charissi-
ma animarum pignora, muliebria cor-
porum ornamenta dixisse? Hæc sunt in-
citamenta virtutis? Hæc illustrum ani-
marum pretia? Hæc vilissima in locum
coniugii, & filiorum adsciscitis? Auer-
tat, obsecro, Deus immortalis tantum

imperio nostro dedecus; & certè prohibet. Iam enim vos alios intueris: nec crediderim, eas sentire, quæ dicitis; nec dixisse, ultra meminero. Parate arma, animos; gloriae, laudis toto pectore incumbite; plenique alacritatis, spei, & roboris intrate Lusitaniam; quam fæ licens prædam victorie nostræ habebimus, si prius de luxuria triumphamus. His nobilium dolore mitigato, remissis impedimentis, admodum retentis necessarijs, dignus videri cœpit exercitus, cui imperaret Albanus. Proxima die iussit, cunctos imperiam in armis expectare, ordinibus, & vexillis disctetos. Dux sub meridiem veniens, ordines inter equitans, vacuas cohortes impleuit: si quem strenuum in Germanicis novisset præsidijs, iubet manipulis præsidere, & primos ordines ducere, tyronibus immiscet veteranos; arma denique, & bellii instrumenta recognouit. Nobilibus gradum honoris seruauit; quos dedecore irritare, de mentia fuisset, & Rex indignatus

Du-

Ducis aucta rescinderet. Satis constat ea severitate quinque millia seruorum, & scortorum fuisse castris aunita. Sic instrato, & castigato exercitu, Albanus expediebat Regis imperium.

Consul. II Hic magno cum nocte Rex bilium agmine Pacem Iuliam innan ipse gressus morabatur, agitans incertus bellū in consilia: an ipse se tutbatis Lusitanis ostenderet. Omnia feme sententia etat, non debere Regem periculi incerta subire. Cuncta timebat ab iratis, & tuentibus patriam: nihil extremum dolorem, & mortuentem libertatem omittere intentatum. Magaa præterea exempla afferebantur Regum, qui ipsi, & infelix regnum una sub acie conciderint. Vbi Philippus sensit suam memorem probari, in honorem Ducis adiicit, & libentius mansurū, quod Albanus summum exercebat imperium: nec se, cum præsens rebus aderet, quidquam contra ieius destinacionem esse moturum. Hinc ratius

sus virtutis æmuli, saevissimo dolo.
re penetrante affectas contagio in-
vidiæ mentes, postquam magna
oratione impleuere Regis aures, ad
hominis flexere mores: nā fidem,
& virtutē nec hostis argueret. Ter-
ribile eius esic ingenium, seueram
disciplinam, intolerandam super-
biā, & rigorem ingenitum; qui-
bus popularium animos, & nobili-
tatis arceret. Credituros Lusita-
nos, alioqui ut superbissimis Castel-
lanis infenos, cum potissimum ele-
ctum, qui seruitutis iugo ludibria,
& contumelias iniungeret. Ille qui-
dem assuetus semper uti arbitrio
victorie, Proceribus, & nobilium
Ordini, tanquam viatis, & exteris
alluderet. Non alio affecta Lusita-
nos vehementius rapi, quam vana
æstimationis aura; hac illos, ut vin-
centur, esse mouendos, nequa-
quam armis, & terrori cessuros. At
vbi Ducem, non Regē venire cog-
nouerint, se pro despectis, & vilius
iudicatis habituros. Iam memoria
repe-

repetere, quantum inuidiae Albano
inimica fama concuerit: eius nimi-
rūm arrogantiam, læutiem, & con-
filiūm præceps in armo rapuisse Bel-
gas quiescentes, & Germaniam; re-
licto incendio, quod non cruoris fu-
si amnes extinguitent. Iam suam
damnantes ipsi sententiam, debi-
lem exercitum, & tam arduo bello
inferiorem esse tuebantur; nisi ei vi-
res adderet præsentia Regis, & aus-
picium: nec æstimaturum hostem,
quanta sit multitudo, vel robur, sed
tantum adesse Principē à quo vinci
non sīgitium esset, sed meritum.
Reste De mortenem Athenienibus
ostendisse, inferiores eos Macedo-
nibus esse, quod hi pugnantis Regis
incitamento præstarēt. Clarissimū
huius rei fessile documentum Ma-
cedonas ipsos; qui ab Illyrijs præ-
lio superati, ostensuri non virtutem
defuisse, sed Regem, Europum in-
fantem adiuc in cunis protulere; &
actius iterato certamine, sudere in-
sigai clade victorem. Inest profecto

Re-

Regibus quædam vis inspirata cœlitus, quæ etiam è cunis assurgens, nulla alia industria, aut labore possit æquari. Nunc verò hanc maximè esse necessariam, ut militum comprimeretur libido prædandi, vnde assurgente ira, cædibusque fatalis, æterna Lusitanis relinquetur inuidia. Penetravit æmulationem Rex; allatisque argumentis maxime confirmatus, ac metuens, ne exponeret ludibrio Maiestatem, certus, quem elegisset virum, periculum non adire constituit. Agebat cunctabundus tamen, non desperans rem per legatos componere, sine clade, & bello studens ciuium finire disordiam. Nec vanam spem obtulerat nuntium, Helaas, & Olivenzam finitimas Bæturiæ vrbes in verba Philippi iuriasse, recepto Castellano præsidio: populares autem à nobilium Ordine, & Gubernatoriis dissidere odio flagranti.

12 Etenim Lusitani, exercitus, & classis fama conterriti, non Flagrât Lusitanis discor vnum dia.

*Decre
uit Rex
non adi-
re discri-
men.*

vnum intuebantur. Hos metus, illi
los spes, plurimos extrematibies
agitabat; & quanto infirmiores
essent accissæ vires, eo maior erat
insania. Gubernatores populi æstu-
antis fluctibus hinc inde moti agi-
tabantur, nec omnia concedentes,
nec negantes. Peccatum ciuium
multitudo fouebat Antonium; &
querebantur palam, illum Regum
Lusitanie veram progeniem, nullo
merito suo a ciuibis esse præter-
missum; vitima in desertores irro-
ganda supplicia, ut his taltem insani-
tentirent, quem virum spreuerissent,

Quā Pe. & Regem. Incendebat hæc Pe-
trus ab bras ab Angelis, cuius responsa, ve-
Angelis diuina, audiebant Lusitani. Is sum-
incendit macupidiue euctus, quæ sanctissi-
mos etiam labefactauit spiritus, ve-
rum regni hæredem dixit Antoniū:
se vero, ne populi ignari peccarent,
non tubtraxisse notam veritatem,
etiam cum vita discrimine. Erat
iam olim Petrus fama sanctitatis
clarus; vanasq; hominum cogita-

tiones adeò modestiæ representacione turbaverat, ut cum confiterentur beatum, & arbitrum arcani cœlestis. At ille ciùò ostendit extremo flagitio, quanta cupiditas, & obtinendi honores cæcus amor, sub emortuo cinere, & macie, membra vegetaret, quæ viderentur animari diuino spiritu, & igne. Osunæ Dux, Mora, & cæteri legati Catholici Gubernatores, & Delegatos fatigabati lætam, & fœlicem pacem admitterent; ne mallent tristem patriam sœno belli incendio perire. Munera, honores, priuilegia à Rege potentiissimo indulta audius acciperent; ne cum ad ea manus extenderent, fugisse indolerent, modo consilij spreti poenitentia relicta. Hæc sicut multorum animos ad pacis bona sponte trahebant, ita seditionissimo cuique intulere faces audaciae. Ignarum scilicet, & diffidentem Castel. Regem esse iactabant: vanari ostentationem exercitus, & verum metum, etiam ante discrimen: quid enim

Arrogan-

tia cuius

enim hostibus, & inimicis obijceret clementiam, & indulgentiam fauoris? Si sideret iuri, & armis potentissimus Rex, cur preces aurumque funderet, quibus benevolentiae specie emeret libertatem? Caperet ergo arma viri Orientalibus expolijs insignes; memoresque, quantas Lusitania Castellæ clades intulerit: iam saltem tuerentur libertatem, & patrios fines, omissa contentione virutis. Quod si eo in opere pulcherrimo contingat oppetere, magnum fatis occurtere solatum, vltimam seruitutem effugisse. Iam similes lymphatis per conciones Alxubarrotam memorabant, & Orientem domitum. Iam per urbes signa, & arma fulgere; litui, tubæque personare campos; moueri cuncta, vniuersa multorum ignoratia turbari. Gubernatores, interfurentes, & armatos vana nomina, nec popularibus acquiescere, metu Regis vindicis poterant; nec obsistere audebat, metu præsentioris exitij. Verum,

Hel-

Heluas, & Oliuenzam venisse in potestatem Castellani nuntiato, vnum caput eligendum rati, quod regeret ciues uno consilio, Antonium publicæ libertatis defensorem cunatiant. Hoc augus titulo; quem pri-
mum gradum ad supremum esse vi
debat, paulatim assurgens Antonius *Antonius*,
vbi in fauorem plebem obstinatam patriæ
sensit, Delegatis urbium, Guardiæ, Conser-
vatiæque Episcopis, & vulgi coro uator di-
na cinctus, in litas processit, velut *Etus*.
arcifundamenta daturus, ne hostiū
classis potiretur indefensa ripa. Il-
lum ut circumfusum turba Anto-
nius Barachus vidit, Regem saluta-
vit ingenti clamore. Sequuti sunt *Regum*
cæteri exemplum, Irenopolinque *insadit*,
humoris satellitum reuectus, tem-
plum maximum intrat; fusisque ad
aras precibus, consistoriales ædes
ascendes, corona caput haud indig-
num Maiestatis cuius xit. Inde for-
tunam impigre, & populam vocan-
tem sequurus, Vlisponem conve-
dit. Admissus à ciuibus, frustra Gu-

bernatore Ioanne Tellio, & urbano
prætore reclamantibus, eges publicas
inuassit Antonius. Ibi rursus co-
rona euinctus, sublimis equo, adstil-
patus densa armatorum, & satelli-
tu in turba, venit in regiam, effusa,
& sequente ciuitate; pueris, fœml-
nis, virisque nouo Regi fœlicita-
tem, & victoriam deprecantibus.
Tellius ciuium conlernatione tur-
batus, cum vim extremam inten-
tassent, trireme citâ exceptus, Setu-
balem euassit ad socios: qui eum, ut
turbatorem pacis, magistratu arcen-
dum esse duxere. Nec Tellius erat
ignarus, quantum in eo peccasset,
auctor tradendi Antonio rempubli-
cam: nunc autem, vel quia nihil ta-
le crediderat, vel quod animi cupidi-
tatem metus acrior euinceret, rut-
sus ipse sua damnata, sine auctorita-
te agebat, his, quos fecellit, & illi,
cui dedit regnum, infensus, scelere
simul, & leitate iactatus. Anto-
nius regia gaza recognita, incen-
sus Gubernatorum minis, Biniiosi

Comitem cum manu valida Setubalem obsidere iussit, & praesidia rios milites in defectionem alicere Euenit fœlix ita consilium, ut primis cæptis solet se ostendere fortuna, eius munera audius rapientibus. Gubernatores, legati que Philippi militum defectione conterriti, per aditus occultos elapsi sunt, ueste mutata, præter V lispenēsem Antistitem, cui dignitas prohibuit fugam, seruauitque securum. Brigantinus Dux Setubale mæstus excedens, cum regni causam vidisset ad arma deuolutam, nimiam serò legatos ad Catholicum misit. Sed tunc etiam insolentes conditiones postulanti Rex infensus respondit; ne clementiam, & bonitatem suam fatigaret Dux, qui toties honestissimis cōditionibus spretis, monisset Orbis scandala. Evidem Philippus implacabilem Brigantino se exhibuit, ob litteras ad Orbis Christiani Principes missas, quibus auxilia aduersus Castellæ arma petebat. Re-

*Et Setu-
balē ca-
pit.*

Nobilitas ab eo discedit. liqua pars nobilium, præter eos, qui necessitate coacti sunt, aut spe magnas parandi opes allecti, incerta, & turbida elegerant, defecit ab Antonio, regio titulo offensæ. Nec quidquam magis eius opes affixit, quam inuidia regni suscepit. *Tristanus Vega arcis S. Ioannis præfetus, Gubernatorum fuga nuntiata, munerum ingentium ostentatione corruptas, arce in Antonio tradiderat;* & iam regni pars maior eius nomē & sacramētum acceperat. His nuntiis heretis vndique erexit, arma, delectus, & munitiones cœpit sedulò intruere, non quidem spe vana, sed irrita, fortunæ suæ spatio dimentus. Si namque traheret in annos sequentibus bellum, magna ex Britania, & Gallia auxilia venirent; quæ strenue mouebant procuratores Atonis cum pecunia missi, & acerba odio hereticorum in Catholicum Regem.

*Anno**A.D. 1581.*

13 Hac etiam de causa Al-

banus acies inferre festinans, obtin-

ga

ea à Rego licentia, Caia amne supe-
 rato, qui Bætoriam, & Lusitaniam Alb. Lat
 finis interfluit, hostile solum aggredit
 sitaniam.
 ditur. Expertus contumaces paga-
 torum animos, ne ad eorum cla-
 dem cogeretur, Gubernatoribus
 regni, & Præfectis virium scripsit
 litteras postulans; inermibus, & in-
 validis præciperent, ut militiæ ser-
 uato more, victoris se clementiæ
 dederent, quæ posset una feruare.
 Vbi enim nulla ipsa adsit tuendi lo-
 cum, inhumanum esse accendere
 superbia insana militum iras; ut
 inundantes cruentem campos, æterna
 seminarent odia, quæ cum excidio
 patriæ emanarent ad innocentes ci-
 ues: si enim illi fas belli, & odij trās-
 cenderent, se non relictum inul-
 tam pertinaciam. Interim Campo- Nonnul
 moris, & Portus- Alacris ciues de- la capi
 ditionem sponte fecerunt. Aulæ cum oppida,
 quingentis equitibus, & pari veli-
 tum numero Vitiosæ. Ville arcem
 prodente Castellano milite etiam
 post exilium fido Regi suo, in po-

582 *Ferdinandi Toletani Vitæ*
testatem rededit. Hac præsidio mu-
nita, & Petro Manrico Helvias cum
duobus signis inslo tueri, tertia cas-
tra ad Stremozem posuit Albanus:
& misit Christophorum Morano,
qui Ioannē Azebedium Præfectum
Lusitanī Oceanī traheret ad ianio-
ra consilia. Is haud infirmam munitionem
cum valida oppidanorum,
& agrestium manū, quibus in pre-
tium mortis libertas esset, pro Gu-
bernatoribus tenebat, acer iuuenis,
sed artium belli prorsus ignarus.
Primum ad honestas conditiones
se ostendit prouum, & facilem; de-
inde viri cuiusdam familie religio-
se consilio, & militum clamore in-
fano turbatus, statuit munitionem
cum spiritu amittere. Hoc delato
responso, celeriter tormenta dirigi,
& acies instrui iussit Albanus. Quo-
rum minas, & formidandum soni-
tum non festinens iuuenis temera-
rius ante discrimē, præripiens equo
fugari, à pluribus insequentibus re-
traegit. Eum Albanus indignans,
quod

quod nec luctum, nec magnum fecisset hostem, dignum ceasuit esse extremi supplicij. Mora Ducis iræ blanda oratione se obiciens, in clementiam flexit nō inuitam. ne rediceret obstinatores Lusitanos importuna seueritas. Accepta igitur excusatione ab imprudentia ætatis, ne tamen indulgentia nimia esset occasio peccādi, eum custodiri precepit; vt Rex de eius vita, & fama censeret. Sic amota inuidia, reddidit suspensos magis Lusitanos. Cū-
Setubal
lē venit
 Etis ergo oppidis, quæ exercitui cōmeanti occurrerant, in ditionem acceptis, & idoneis gerendo bello præsidio munitis, Setubalem quartis castris aduenit, nulla iniuria cāpis illata, nec alia reverentia obsequij, quam olim in Belgium ex Italia traductas copias fuisse meminimus. Vbi aduenisse hostem fuit in urbe nuntiatum, ministri noui Regis, suæ ambitioni egestate publica obtenta, immania tributorum onera violento imperio exigebant, co-

rum direptis domibus, qui soleat restituerent, aut sine iactura rerum non possent adeo magna tribuere. Non templorum ornamentis, non pretiosis aris, non Superum depositis parceretur, religionis metum avaritia vincente. Hæc sustinebat impotens Antonius, cum pluta in ciuili bello militi liceant, quam Regi; aut quidem iubebat latres, quasi non aliter regnum per scelus partu, nisi flagitijs posset obtinere. Cruenta ciuitas, deformata, & cruta suorum ciuium manibus tunc demum inuenit, quæ amiserat pacis iustissima conditione neglecta. Gubernatores per regni ultima, sine insignibus, sine honore fugientes, Anna amne superato, Aliamontem contenderant. Indemne pulsi, Castrum-Marinum repetentes, cum nulla spes saluti certior occuteret, Philippum Regem Lusitanie pro Cuber. nuntiant. Horum sententia mirabiles natores eus Rex qui iure dici volebat obti Philip.. quisque prouinciam, non armis occupum Lu paucis

paulisse, ad mandata perfetenda ac-
 cersit protinus Morati; multum re-
 clamante Albano, bellum in regio-
 ne Castellanis inuisa perfici non per-
 cedes, & cruentas acies non potes-
 vno internuntio, quem eque fidum
 & gratum partibus fortuna obtulis-
 set, amoto. Primum obtineret, ce-
 inde legibus, & iure certatet. Vanas
 esse Gubernatorum, & sententias
 indicum, cum staret hostis arma-
 tus. Ultimam rationem combinan-
 di ab acie reddi. Hac si feliciter
 decernat, latoram esse sententiam,
 quæ maneret stabilis, quam vi ci-
 citatim adulantes tuerentur. Nec
 timendam esse tyrannidis famam,
 cum de iure ante constituerit; nec
 eam quinque hominum consentiu-
 vitandam. Quod si ea ratio vires, &
 autoritatem apud Regem inue-
 niat, in ludibrium recidere arcana
 magnum Principum, quibus, le-
 gem unam subire victoræ, summum
 fundamentum adest Imperij: præ-
 seitini, cum hostis, turbata pace, no

sitanis
 Regem
 enitatis
 Vandam
 eorum sen-
 tentiam
 esse ostendit Alb.

alio iuris se præsidio defendat. Nec crederet sapientissimus Rex, ijs vno quā plædi famam, quę regnantibus prosint, solidamque potentiam induant.

*Parat
bellum
Antoni⁹*

14. Huic consilio acquiescens Antonius, Gubernatorū praesentia sententia, eos desertores pronuntiat ultima exempla meritos. De reliquo securus, animum ad bellū instantis curas vertit intentus; quodvictum nalla iura protegerent; victore ea daret, & quæ vellet admitteret. Didaco Menesio inter Lusitanos belli artibus claro militare tradit imperium. Cum vero externa morarentur auxilia, strenuusq; hostis virgeret, seruos Mauritanos, & Aethiopes, quorum vrbs multitudine abundabat, donatos libertate suos milites fecit, & arma distribuit. Pares etiam sanguine Iudaico infectos Christi equitum ornauit insignibus; ex quo dedecore compaurauit grandem in viis belli pecuniam, & grauiorem inuidiam, pa-

lam

Iam nobilium Ordine indignatio-
nem fundente; præsertim eiusdem
religionis sodalibus, quibus multū
dignitatis Regis auaritia detraxe-
rat. Hinc nobiles Lusitani infensi,
non eum Principem, sed torpidum
tyrannum, tantæque indignum for-
tunæ æstimantes, ad Philippum nō
occultè vertere. Antonius cui na-
tura mitis, quando instabat ultima
regni necessitas, & malorum prava
consilia, cœpit in fugientes, & tu-
pctos sœvit: vulgi que prævalente
multitudine nobiliqm agmina in
vincula coniiciebantur. Albanus
omnium, quæ in viba agerentur,
crebris transfagijs gnarus, admoto
Setubali exercitu, præconem misit
ad Franciscum Malcareniam, op-
pidi deditioñem, aut passuros esse
extrema, minitans. Is cum Didaco
Botellio discipulo consilio, non au-
dens ob arrogatiā militum pa-
lam deditioñis leges inire, stationes
portæ de industria segnis agebat, ut
Albanus irrumperet. Nec cuncta-
tus

383 *Ferdinandi Toletani Vita*

tus miles, ubi de predicatione cōfli-
cit, inuassit oppidum, & bellum iuste-
Alb. Se- diripuit. Albanus, ducum volunta-
subalem te se dedendi comperta, liberos ira-
capit. concessit, morte etiam militi de-
nuntiata, si in Philippum pro Anto-
nio armatus induerent. Hic reli-
quo præsidio, turrim validam ad por-
tus fauces, quas Tagus maria in-
fluens latissimas pandit, fixans, & li-
tori imminentem inuadit. Ingens
erat propugnaculum in saxo pro-
minentे constructum: huius radi-
ces à Meridie, & Occidente Tagus
alluit; cætera abrupta sunt, aut ma-
nu excisa. Ascensus non arduus ni-
mis est, qua spexit Orientem, sed
multa herba vesticus, sentibus, &
vario virgultorum genere clausus
asperum iter reddit maximè arma-
tis. Hoc præsidium omni instrumen-
to belli firmatum non ante deditu-
ros se Præfecti minabantur, quam
sentiret Dux ruinam suorum, Lusi-
nos inexpugnabilem tenere mani-
tionem; nec tamen virutem, Lusi-
tanam

tanam alienis adiumentis egere.

Comperita obstinatione, Albanus ^{Et pre} Prospero Columnæ rem conficiē. Pugnacē
dam cum Italī cohortibus, & tor- ^{lum ma}
mentis commisit. Sed ubi à litore ^{yis.}
tormenta fulminare, à mari classem
admoueri sensere nauarchi Lusita-
ni, vaues, quas insignis magnitudi-
nis obiecerant portui, incunctanter
deditere victori. Horum inopinata
deditio traxit etiam Mēdum Mot-
tam, ut traderet arcem, vita omni-
bus cum libertate, & impedimentis
concessa. Auditis conditionibus,
quas Columna posuerat, indigna-
tus Albanus parabat eius acta rechia-
dere, nimium quidem offensus,
quod non omisserint ante verbeta-
tionem ferociam. Deinde prima
ex ita collectus, rata habere se dixit,
ne legati famæ p̄æponeret opinio-
nem suam, quam tamen ille reue-
rentius tractare debuisset. Munita
turri presidio, classem recepit In ^{Classens}
portus. Tritemes erant sex, & tri- que in
ginta, variae formæ, & magnitudi- portu*nis cipit.*

590 Ferdinandi Toletani Vitæ

nis, naues quadraginta, & tres. Legiones in eis Hispanæ vehebantur sub Francisco Valentia, Rhoderico Zapata, & Martino Argoto tribunis. Summe præterat Sanctæ-Crucis Marchio clarus artibus belli, sed fortuna maris illustrior. Antonius, nondum Setubalis clade nuntiata, Bimiosi Comitem iusserat auxilia laborantibus ferre. Hic instructis Onerarijs nauibus, ingeante in multitudinem ætatis omnis tarda clasæ vehebat. Enim vero mirabilis fuic Lusitanorum obstinatio cæca, certam confendentium naues; quasi iam ad sepulturam terra deficeret. Senes invalidi, pueri, matronæ, virgines, sine consilio, & mente effusi riebant ad litus clamitantes, & quid iperarent, quid ve timerent, incerti. Verum ante alios religiosorum hominum temeritas, & furor notabantur. Claustris enim effractis, velut amnes auctu aquarum pleni, raptis vicitque molibus ex artisfaucibus in campos cum strage

ge erumpunt insani, sublimes equis
per urbem volitabant. Alius manu
Christi patientis effigiem; alius Lu-
sitanii Regis insignia; plerique ve-
xilla, & causam libertatis scriptam;
nonnulli quoque habitum duræ pœ-
nitentiæ gestabant: omnes nudos
enses vibrantes, pietatis signis, ra-
biem, furorem que miscabant, in-
cendentest turbas, quæ eos velut cœ-
litus demissos nuntios sequeban-
tur. Populus disiectus, audax, paui-
dus, Antonij nomen, Deum, Supe-
rosque, & humana iura ciebat. An-
tonius prauis adulacionibus clausus
& interctus aduersum amicorum
blanda venena, recreatus vulgi stu-
dio, tanquam eo uno posse ingre-
ti Albano resistere, tantam inertiam
hanserat ex fiducia virium, ut igna-
rus omnium, quæ propè cohæret, s
hostis ageret, auxilia, post res tran-
factas, summa in pace disponeret.

15. At postquam clavis *Aciē* pe-
geminatae fama peruasit, rabie in-
fana percisi Lusitani, raptis armis, stanife-
rant roces.

ante palatium constitere, aciem, ex
tremaque pro Rege, & libertate
poscentes. Antonius in se iam colli-
gens animum, iam spargens in di-
uersa consilia, tandem constitit in
contemplatione suæ fortunæ, ob-
Antoni⁹ persante oculis multiplici horrois
ad dedi- imagine. Albani Ducis nota vir-
tionē in. tus, & gloria ; potentia Catholici
clinat. Regis; nobilium defectio ; & ipse
vulgifavor, è cuius leuitate pende-
bat, curas inquantius onerabat gna-
rio, quam leuis auræ mortui patcanc
instabiles amores vulgi, & studia
discordiæ. Iam autem non spernē-
dam regni partem ab hoste teneri;
Setubalem, & portus manitionem
captam fama celerius : hinc a mari
classem, indè à terra exercitum pre-
mere; cui augendo opes etiam per
annos Philippo abunde suppeterent
tot regna, & opulentæ vrbes. Sibi
præter Vlisponem quid tali quum?
Et eam, quantacumque sit, unam
vrbe esse, longe, & fœlici paci,
negotiationi assuetam, non ut quō-
dam

dam v̄su bellorum horrentē. Nunc
verò adesse tempus, quo rebus per-
ditis non arduam medicinam ad-
beret, superbia deposita. Sic regni
onere, & iuvidia solutum, honesta,
& beata tranquillitate fruiturum.
Eadem amici; quibus sensum veri-
tatis non adeinerat cæca cupiditas;
eadem suadebat necessitas immi-
nens. Hos inter cogitationum s̄x-
uos fluctus pectus conuelentē An-
tonium, cum flexum ad meliora
sensisset Bimiosi Comes, & Guar-
diensis Antistes, acerrimi in flagitia
viri, & odij in Casteilanos autores,
cōfirmauerē graui, & oratione falla-
ce: Cur metu, & inconstantia muliebri
spes tantas ante aciem omitteret? Dignos
Majestate, quam inuassisset, resu-
meret animos, quibus se haud degene-
rem sobolem Lusitanie Regum ostende-
ret. Nullam causam esse timoris: imbel-
lem, & collectitum Albani militem;
Ducem, quantus ille sit, unum homi-
nem esse, & hunc senio confectum, non
equo vchi posse, non exercere munia, nō

Eum Bi-
miosi, &
& Guar-
diensis

Pp suis-

suis met consilijs stare, nimia senectute
fessa mente, & irani corpore. Famam
autem contra viros fortes telum esse le-
uissimum; eamque non semel fuisse me-
dacet. Sed vicit ille Germanias: nimi-
quum eo exercitas armatus robore, quod
multos per annos Caſar, & alij clari du-
ces assiduo labore, & sua disciplina for-
mauerant: nondum tamen expertum
esse, quando alia vicerit. Lusitanorum
arma, & nesciam vinci virtutem. Eadem
esse suis ciuibus mentem, unam vo-
luntatem, & gaudium, Regem in acies,
extremaque fortunæ comitari; eius fas-
tigium, salutem, gloriam per vulnera,
cadesque tueri. Ille modo suorum ima-
ginibus repetitis, honestam potius in
mortem, quam pudendam vitæ condi-
tionem incurreret; ut è Lusitani.e Rege
fueret Philippi captiuus. At verò tole-
rabilem forte seruitutem, si donaret secu-
ritatem, & vitam. Sed quis adeo insa-
næ mentis crederet, daturum ea Philip-
pum, per qæ ipſi non liccat esse secu-
rum? Falli, qui suadeant, Regem posse
eutoſe credere æmuli arbitrio; nam cri-
men.

men Maiestatis est, regnum posselisse;
 vel amasse. Itaque cum nullum nisi ex-
 tremum caperet sine summa discordia,
 falsa sub clementia imagine esse calen-
 dum. Vnius tantum Ducis Calabriæ,
 ceterorum omisso, oculis fortunam ob-
 duceret; qui regno à Ferdinando exutus,
 inops, & captivus in arce consenuit.
Huius saltem exemplo miserando ad-
 monitus, armis crederet, virisque vlti-
 ma pro fide passuris: aut iam fugam, &
 exilium magis esse securum. His ac ta-
 libus versato animo, Antonius omi-
 nia tæna pati, aut regai securitatem
 obtinere constituit. Quam fiduciā,
 & alacritatem non parum euexit
 Riarij Cardinalis Apostolici legati
 in Hispanias aduentus. Is in manda-
 tis attulerat, ut inniteretur, quanto
 vi posset, ne Catholicus Lusitaniam
 armis inaaderet. Sed quamvis Ro-
 manæ Sedi obsequentissimus Rex,
 certus sui iuris, & potentiae, timēs-
 q; ne legatus nouos cleret flūctus,
 redderetque letiores in arma ciues,
 Lusitanæ fines ingredi yetuit.

*Cascaem
oppug-
nas Alb.*

16 Interea Albanus, alijs sententijs damnatis, statuit obtineret Cascaem, ut maris possessioni, & securitati consulat. Munitum castellum est situm in Artabro promontorio, quod a Tagi ostio excurrens in mare vasto cornu, se ad Occidentem extendit. Ergo ex Antonio Castrio, Cascais Domino cognita loci natura, militem recepit in classem: directoque in Hirapolin cursu, postquam Lusitanos vidiit huic oppido tegendo signa vertisse, veris tristrium proris, quanta potuit celeritate, litus, quod Vetus dicunt incolae, inuasit. Et quamuis iugum asperum, & circumiecti scopuli hostibus imminebant obfessi, tormentis classe enibratis, excensionem celeriter fecit. Miratus Vetus milles, qui in Germania, & Belgio sub Duce meruerat, eius aulæ assiduus, tantam illi adesse fiduciam, ut vix stationem armatorum globo firmasset, proprius accedens, & modico risu diffusus

Gra

*Excen-
sionē fa-
ctū nimia
fiducia.*

Gratulor, inquit, *Egestio*, quod te ad iuuenilem etatem redactum videam. Quis enim nunc agnoscet, bone senex, antiqui Albani prudentiam? An hic tibi videtur dignus cunctatore *Fabio* decensus? Albanus delectatus militari facetia, respondit: *Amice*, dum *Belgium*, aut *Germania* nos tenuit, valido cum hoste temporum, occasum gnavo res erat: nunc autem, bone miles, quid timeam, cum ordines vix duces agnoscant, nedum occasiones vincendi? Sed etiam ubi non multum belli interfit, aliquid donandum est famae, maiora referuanda virtuti. Hęc dicens, simul nauem descendit; & quadrato agmine, quod antea in pyramidis formā extenderat, hostem sequifestinans, manum validam iaculatorum immisit, ut colle Lusitanos agmina impetentes exigerent. Hi, quamuis ascensus arduus erat, ignavia hostium freti, & virtute sua, ingum dato impetu superant. Iamque Albanus, in plana educto agmine, incompositos, turbatosque fudisset, ni Dida-

198 Ferdinandi Toletani Vitæ

Fundit Lusitanos. **Menesius** Imperator egregiè
functus munere, Cascaem reduxis-
set, nouis copijs obiectis. Inde ins-
tructos rursus Lusitanos, & animis
frementes educit, tentatus fortu-
næ vices, an secunda virtutis cap-
tis adesset. At milites aciem non au-
dentes conferere, missilibus pulsi,
frustra retinente Menesio intra ma-
nimenta se claudunt. Albanus con-
tra, expositis tormentis, & munici-
di instrumento, verberationem in-
cunctantè aggreditur: & direpto
oppido, arcem, quam Menesius ip-
se tenebat, arcta lorica præcingit.

Capit op pidum. Sequuta die Albanus per præcur-
pidum, denuntiavit obtestis, ni protinus de-
ditionem facerent, in crastinum ex-
trema esse passaros. Illi ante discri-
men feroces, in acie supplices, igna-
uissimi cuiusque vicio inacceria es-
timantes manimenta sua, præco-
nem telis tauciatum remisere, pro-
libertate, & fide se esse meritorios
iustantes. Albanus ita accensus, ob-
circumfacieus implacabiliis irrenue-

Formēta admonit, vlturus gentium
uta violata. Menesius ubi ruere
mœnia conspexit, scelere, & discri-
mine attoritus, non lapidos oratio-
ne reficere, non turbas os ad signa
componere, non saitem deditione
properata occurrere clementia vi-
ctoris sed stolida superbia designa-
tus precari, quem timebat, tempus
dedit militi, ut pottis patetatis, ad-
mitterent tribunum Ludovicum;
qui pufissime cœde Lusitanis, duas
Castellanorum cohortes induxit.
Albanus multitudini ignoscens, Di-
dacum Menesium, & Henricum Pe-
reiram præfectum arcis plecti capi-
te iussit. Tam iustæ ac moderata
severitatis exemplum non modò
velanè furentes non exterruit, ve-
rum præcipites in extremā rabiem
effudit. Mercatores externos velut
hostes in urbe trucidabant. Senatus
legem iussit, urbe omnes alienige-
nas exire. Horum aedes affliger, &
expilatae sunt humanitatis, & hos-
pitij iure pessimato. Pars opum

Et arce,

Iubet

Prefe-
ctos ple-
cti capi-
te,

redacta in usus belli; plurimæ vulgi
cupiditati, & furori cesserunt. Anto-
nius, inde hoste accertimo, hinc sae-
uiori adulationis malo petitus, in
metum, & suspicionem prauis con-
silijs inductus, Praefectum clavis
Georgium Mascareniam rapi in
vincula iussit, virum innocentem,
Atma- & bonis artibus clarum. Post hæc in
tos cines durato animo, certus magna vi-
in aciem tia nobilitari, vel pugna, decem ar-
ravit An matorum milia secum rapiens, oc-
zon. cursurus Duci processit. Sed cum in
tolerabilis æstus, & simul fatigatus
tisque Lusitanos talium laborum
inexpertos urgerent, relicis vexil-
lis, in vibem ea festinatione ac me-
tu refugere, ut etiam territus, &
amens Antonius cogitaret, Duce-
cum milles, & quingentis inuade-
re, si enigmata morte gaudens tot para-
ta exilia, & imminentia fata præuer-
tere. Amicorum tamen precibus in-
mentem restitutus, vibem ingress-
sus est; ubi non aliter eum intana
multitudo excepit, quam si à victo-
ria

ria rediret. Intimi amicorum sibi, & Regi suo parantes exitium, eius aures vanissimis ludibrijs implebant, vim Lusitanorum, fidem, & obsequium, celsum virtutem Regis Galica, & Britannica auxilia ea alleveratione attollentes, ut eadem, quæ falsa dicerent, sentire viderentur. An quia immodece cupiditates cogunt his astensum dare, quibus spes pertinax hæsit: an quia adeò est potens, & dulcis adulatio, ut nullo metu, aut clade dedisci valeat, cùm se pectoribus aulicorum infuderit.

17 Colleto in vna cætra exercitu, S. Ioannis arcis classem ad moueri, & è flumine tormenta dirigilius sit Albanus. Ipse, è diuersa parte viginti erectis machinis, magna quatuebat maiori arte, & nisu, quam effectu. Arx enim munitissima natura loci, validis operibus manu positis cingitur; & tunc frequens præsidium armatorum tenebat. Asensus est in præceps, & murus latο aggeri incumbens iactibus telorum im-

S. Ioan-
nis arce
Alb. ag-
greditur.

imperius: inexpugnabile certè mu-
nimentum, si vllum satis magnum
habet alta formido. Eius oppugna-
tionem è tumulo imminenti Anto-
nius prospexit latus, quod Du-
cem circa arcis mœnia diu hæsu-
rum crediderat: inque annum se-
quentem traxit bello, facilem se of-
fendebat occasio, Gallica, & Britâ-
nica auxilia iungendi. Nec deearant
Bimiosus Comes, & Guardientis
Antistes animum iuuenis solita adu-
latione implicare: qui ut erat sanè
cessus, & fortis magnis cogitatio-
nibus, cum rerum experientia, &
fortunæ sensus abessent, sublimia,
& ardua amplectebatur, spei facile
indulges: quod naturæ mortalium
vitium claros etiam viros, in mul-
tisque probatos traxit in præceps.
At Senatus urbis, re publicæ timēs,
misit ad Regem legatos enuntian-
tes; ni tueri ipse urbem, aut prælio
certare auderet, iam rebus publicis
coconsulturum esse Senatum. Tam
abfolata denuntiatione perculsus

Antonius suas hostiumque vires
 emensus, non inuitus ad pacis bona
 respexit. Sed Biniosius, & Guar-
 diensis, quibus nullatpes aderat nisi
 in p̄fecto scelere, tunc tenuiores
 amico, cum te fidos magis, & pro
 eo morituros ostenderent, salubri
 destinatione infelice auertere Prin-
 cipem; cui nec bonis suis vti licuit,
 nec aliena mala vitare. Omnes ge-
 rendum esse bellum ceniebant;
 acies, & arma tremere; innadēdum
 intra castra Albanum: nemo tamen
 in cottere pericula; non expedire ar-
 ma, non stipendia numerare; nullus
 idenique artes, & belli disciplinam
 inquietat, Didaco Menesio sublato.
 Senatui ergo ex consilijs intimis Bi-
 niōsi respondit Antonius; sibi fore
 curae patriæ salutem; virium tamen
 facere discrimen, extra constātiam
 esse, & sani hominis mentem. expe-
 dient, donec à Gallia, & Britan-
 nia classes, que nuntiabantur esse
 armatae, confluuerent: tunc iusta acie
 fatōque deleri posse Castellanos,

aut

aut pelli. Cum tamē ita esset visum
illi Ordini venerando, cuius moni-
tis Rex instruī deberet, daturum
strenuè operam, ut elapso quarto
die Augusti, clade Sebastiani Regis
in fausto, in campo Lusitana signa
fulgerent. Ille verò muneri suo satis
faciens, pecunias, & alimenta expe-
ditet, quibus militum numerum au-
gere posset, & tueri conscriptum.
Hæc Bimiosius, & Guardiensis mi-
rè probabant, dignam esse Regis Lu-
sitani mentem, non vrbe, non cas-
tris, sed campo, & acie Maiestatem
suam, libertatem ciuium, & maio-
rum gloriam defendere. Tot inter
sæuas adulationes vnum consilium
fidele non abstulit cœlestis Proui-
dentia. Didacus Carcamus clarus
origine, & à multis aulicorum vi-
tijs integer, cubilis regij Praefectus
longè diversus erat, & Bimiosio in-
fensus ob motum, & naturæ discor-
diam. Is extra ambitionem ponitus,
verus domini amator, eum consta-
ter admonuit, clementia Regis, &

Ducis fidei se crederet, omissa regni spe vana, quæ cæcum in extium dulci errore trahebat: In-
 tueretur discrimen vndique circum-
 trans; exercitum adesse victorem, & in-
 iactum ducem; bello penates concuti,
 longe stare, & incerta auxilia sociorū:
 sibi fido, & vera ferenti crederet, qui
 nulla cupiditate ductus, mallet priuati
 Antonij, dum in columnis, esse amicus,
 & famulus, quam Regis perituri; &
 pro eo mori, quam cum illo cadere. Cæ-
 teros non amore in Principem, sed cupi-
 ditate, & spe infinita rapi, clarissima
 obtinendi in republica munia. Nunc
 adesse tempus, quo posset res nondum pe-
 nitus amissas, sed ruentes sustinere; si
 mallet priuatus, & fælix viua, & opibus
 frui, quam magnam ad ruinam uti
 regia fortuna. Se aditum Albanum,
 qui à Rege suo in mandatis habebat,
 etiam in ultimo discordie articulo pa-
 cem quauis honesta conditione perficere.
 Nullum captis obstarere padorem, nihil
 fame excusandum; si omni spe destitu-
 tis, & proditus, & suorum scelos seque-
 retur

Didacus
 Carca-
 mus sua
 det Anto-
 nio, vt
 honesta
 conditio
 nem pa-
 cis ad-
 mutat

retur inuitus; si etiam instructus Lusi-
tanie viribus cedret Philippi summa
potentia, non maiori virtuti. Ita pro-
sus interglorie sue titulos numeratu-
rum, & fuisse Regem. & elegisse vine-
re privatum non ut vitæ sed ut patriæ
consuleret. Nec grauem ei fore fortuna,
intr quā in tot annos contentus egisset.
Insignem eram inde sequi admiratio-
nem, quæ e subiret mortalium animas,
Regem quondam, iam modicis circumſe-
criptum opibus, tam dispari fortuna
composita, eis calamitatem a quo ani-
mo amplecti.

Didacū
mittit
ad Alb.
Antoni⁹

18 Blandus erat Anto-
nius, & natura mitis, ac tunc perfu-
sus lachrymis, vera docuisse confes-
sus, Didacū atq; amplexatus, cum
cum fidei litteris ad Ducem, incon-
sultis Bimlosio, & Guardiensi, mi-
sit. Didacus strenue functus mune-
re, datis Antonij litteris, pacem, &
concordiam orauit, modesta ora-
tione ostendens, quantum reipubli-
cæ, & securitatis interesset, volen-
tes, & deditos Lusitanos accipere,

non

non armis viatos, & coactos, rebel-
latores certe, si a rem sui memo-
riam vis Castellanorum, & illata cla-
des relinquere. Albanus, et si adeo
promotis odijs, pacem non funda-
tam armis damnabat, ne tamen Re-
gis voluntati videretur obsistere,
per humane respondit ; se incredili-
bili gaudio esse affectum, cognita
tam prudentis animi, ac benè de se,
& Rege sperantis sententia ; quæ sa-
larem patræ, Antonio securitatem
cum laude fœlicitateqæ diurna
attulisset. Daturum operam, re cum
Philippo transacta, ne illum poenite-
ret, clementiam Regis, Dacisque
intercessionem elegisse. Hæc in spe
ciem leta; sed quæ instantius rap-
tent iuuenem ignarum, quantum
leuis verborum sonus à solido po-
tentiae absit. Etenim epistolæ folu-
to vinculo, ubi se non Celsitudinis,
non Excellentiae saltet, sed infetio-
re Dominationis titulo compella-
tum vidit, ira, & pudore exæstuans,
litteris abiecdis, dixit; non defatu-

*Antonio
indura-
tur q[uod]
romine
Celsitu-
dinis e[st]
non com-
pellari
pos Alba.*

ros Lusitanis animos, quibus patriam urbem libertatemque defenserent; vel saltem, ut decebat viros fortes, morituros ante seruitum; cum nulus locus esset, nisi per decas, & ludibria consuendi mitrandæ vitæ. Albanus, quia mitigandam esse querelam, non inique cen-
suit, vel quia timuit Regis iram, cui secura possessio regni gratior erat laude victoriæ, dedit rursus officio-
fas litteras, quibus Antonio merito cum honore appellato, mitteret legatos reposcebat. Verū iā sorti suę penitus affixus Anton. salubris cōsi-
lij impatiēs, & irarū plenus repon-
dit: *Nuntiate Albano, Reges, et si affi-
ctos, supremos esse dominos; Duces ser-
uos Regum, et si fælices: victorias ante
Numinis cœlestis prouidentia, non
humano arbitrio disponi.* Quod verò ad me attinet, non recusaturum in acie Regem cadere, aut vincere, utrique forti paratum: nostra enim dignitatis est, conseruare pati pro ciuibus, quemcumque acerbum casum inule, it ancep̄s bel-
li

si fortuna; ut vindex Regum omnium,
 aut exemplum, mihi Lusitania Imper-
 ium celsa cum laude confirmem; aut
 Iudibria Maiestatis redimam facili vi-
 tæ iactura. Non pauci nimiam Ducis Dux ini-
 arrogatiæ, & seueritatem censue-
 re; quæ iuuenem infelicem, & im-
 modica virtute elatum traxit ad ir-
 revocabile exitium, Philippus etiam
 post victoriam non tacitus fertur in
 dignationem habuisse, & facie ex-
 gisse rationem. At multis iam expe- Defendit
 ximentis edocetus erat Albanus, rem tus,
 cum imbellibus, & discordantibus
 gerere: nec excidium virbis adorna-
 bat, leuem profecto gloriam post
 Romanam, caput Orbis, vitam, &
 seruatam: non inhibebat prædæ, aut
 ciuium sanguini, quibus victor pe-
 percit: hæc tamen monstrare vo-
 luit, forsitan suum beneficium esse
 non hostis ignaviam. Sed Anto-
 nium eo titulo honoris compella-
 uit, quo ante affectatum regnum
 contentus erat; & quo ipse fuit usus
 in compellatione Imperatoris His-

610 Ferdinandi Toletani Vita

pani. An errauit Dux, quod non etiam confessione sua fecerit Regem? Andebuit maiorem absceles redditum, & superiorem agnoscere, quem ut pro ditorem maleficum armis ipsequebatur? Quem regno, cuius erat latro, pellere ardebat, & poenas flagitij videre pendentem, regiam huic venerationem adscriberet? Si verò Antonius Ducis tribuisset Excellentiae titulum, merito postularet, non æquali honore satisfactum sibi. Amori autem, & studio Lusitanorum plaudere, irritum duxit satisgnarus, ingrata esse liberis beneficia, si ea pretium servitutis statuas. Præterea Lusitanos non sicut supra ceteros mortales sui Imperij, & in Castellanos odij tenaces non benevolētia regendos, sed acriter domandos, adempta potestate nouandi tumultus. Viri enim sunt amantes patriæ, & despicientes aliquos contentionē virtutis. Iam, si intercedit oaium, & assiduus dolor urget, ac diuidit, amor con-

tinere non potest; nec eo deficiente, viri fortes in spontanea seruitute durare. Superest ergo ut timeat, si velit Rex esse securus. Hoc Ducis consilium quā nimium verum fuerit, præsens videt actas, & cogit dolorfateri; cūm Lusitani ceruicibus excusso iugo, Regem acclamauere Brigantia Duce m. Amotis enim à Comite Oliuario præsidijs, non ultra disulere meditatum scelus, quā immunitatem facti conciperent. Nunc fruitur regno rebellis; nec secura possessione contentus, terminos nostros inuadit, & minatur; ferro flammisque populatus agros, urbes etiam tentat, & munita castella; rationem scilicet reddens Alba-ni consiliij. Hic pacis commercio abscisso, ad oppugnationem arcis versus, strenue Tristanum Vegam in ditionem compulit. Is enim suis rebus, & Antonij diffidens, viis ministerio fœminæ, quæ, à Duce via obtenta, in arcem venerat fidiam quæ situra, litteris admonuit

Albanum, si daretur securitatis fides, protinus se in castra venturum. Ea accepia, in colloquium egressus praesentem Deum iurat, se arcem traditurum, si quatuor aureorum millium censum, quem Antonius designauerat, Philippus dignaretur

Deditur arx *S.* **Ioannis** *Duci.* concedere. Albanus, præter libertatem nihil se daturum esse, respon dit, infensus, quia praæconem à se missum contemeliose, & superbè reiecerat. Tristanus Deum Cœlum que testari, nulla mandata Ducis sibi esse delata; & eam extitisse causam, cur arcem decreuisset defendere; non quod ferocia animi, & obstinatione maligna credidisset, tanquam exercitus, & Imperatoris manus effugere; sed ut virtute digna militari viro merceretur etiam hostis fauorem. Vocato ergo praæcone, & cognito, fateri vera Lusitanum, (nam ille exemplo ante Cascals moenia praæconis sauciati teritus, non era⁹ ausus accedere)

præconem iussit affici capitali sup-
plicio; ne auderet rursus alias claris
viris pericula mendacijs virgere.
Tristano concessit opes, omni ho-
nore seruato. Petrum etiam Babbā Et arx
arcis Capisicci præfatum submo. Capisic-
ci. uit Tristani deditio: eductis namq;
præsidiarijs, refugit in urbem ad An-
tonium. Albanus, utraque arce Cast-
tellano multa præsidio, classem re-
cepit in portus interiorem suum;
qui leni aquarum tractu tam capax
magnarum nauium efficitor, quan-
tum immensa vndarum moles stag-
nat, quinque passuum millia Tago
diffuso.

19 Hinc non deiectione Antonius,
Antonius, sed rabie, & ultima des us rursum
peratione flagrantior, ubi extrema furens
instare, cadendumque aut vincere. educit in
dum esse cognouit, urbis iouentu. campū
tem armari curabat. Verum iam Lusitanis
multorum ciuium damnata fide, noso.
quorum plures iam metus acer, Se-
batus auctoritas, & levitas ingenita

multitudini auerterat , portarum stationes, excubias, clasissque tutelam sacerdotibus, & religiosis viris attribuit. Etenim sacerdotes diuinis institutis dicati cæteros dementia anteibant, multi credentes, plerique simulâtes credere, patriæ, Deo que obsequium præstare, si manus sacrificijs, & hostijs coelestibus asuetas humano cruento temerarent. Iam populum ad sacrificia precessque vocatum concionibus in armis ciebant, versis templis Diuorum per neutralibus in profanos ritus castorum. Adeò violentus furit, rapitque infanus amor patriæ , ut religiosos viros trahat in certamina, & acies, quas alioqui infandas, & sacrilegas esse non dubitarent. Ab his stimulatus Antonius, magna cum ciuium turba, & seruorum legione numerosa contendit ad Bethlehemiticum fanum ; ubi sine consilio , & mente fortunam expectabat, sui, rerumque pariter ignarus, & trepidus,

dus. Cum belli ad famam accitus
 Sfortia Vrsinus impiger dextra iu-
 uenis, & militiae artibus clavis Ro-
 ma deuenit, ingens tali in rerum ar-
 ticulo additamentum Lusitanis. Is,
 visa turbati exercitus facie, nullam-
 que formam esse castrorum, ea pro-
 tinus in arduum prope urbem lo-
 cum mouit, Alcantara amne muni-
 tum. Itaque eadem die Antonius in
 destinatum collem castra erexit, &
 fanum Bethlehemiticum nullo hos-
 te obuio tenuit Albanus: tempusq;
 ciuibus salutis consulendi datus,
 via scelerum à Rege donata pro-
 mulgari iussa, fani propugnaculum
 in litore constructum aggreditur.
 Quo celeriter capto, sed edente mi-
 lite, castra Lusitanis castris appli-
 cuit. Alcantara intercedebat amnis,
 qui torrens, & illis us incurrens al-
 tam deprimit fossam, utrumque ri-
 pis alluvione aquarum exefis. Con-
 templatus Dux loci difficultates, &
 si daretur tempus, in accessum arte
 reddi posse cognoscens, die Aposto-

Sfortia

Vrsinus

venit ad

Lusita-

nos,

Docetq;

munien-

di castra

ratione.

Io Bartholomæo sacrata speculatus
rus iterum ipse procedens, mirè læ-
tus, & securus eis factus, visa igno-
rantia hostium. Quamvis enim ra-
tionem muniendi ostendebat Vifi-
nus, eius fide ut externi, arte ut ig-
nota, damnatis, cuncta gerebantur
Bimiosij consilio, magnifice iactan-
tis palam, non alijs munimentis Lu-
sitanos, quam pectorum iuuicioro-
Ea Alb. bore, & armis esse tuendos. Alba-
statuit nus, diebus decem expectando con-
suadere sumptis, non ultra cunctandum ra-
tus, in tentorium conuocat dices,
iubetque ante lucem in structas co-
pias habere. Sanctæ Crucis Mar-
chioni imperat, ubi signum, quod
inter utrumque conuenerat, accipe-
ret, classem hostis suaderet: Ala-
bēs, ut machinis in locum arduum
erectis, Lusitanorum castra quate-
ret. Mille quoque sclopetarios na-
tualibus copijs adiunxit. Ceteris ad
curanda corpora dimissis, paucos
admodum retinuit armatos, qui Lu-
sitanis noctem vigilem facerent,
haud

haud dubiè minus stretuè discrimen
 adituri, nimio humore capitis in-
 somnis artus mernosque relaxante.
 Deinde partitus munia ducibus of-
 tendit aditus, quae irrumpendum
 quae insequendus hostis eset. Ad
 ultimum Regis voluntatem graui
 oratione significans, per Deum præ
 sentem iurare coegerit non inuitos,
 obstituros etiam ferro, ne miles iras
 manusque urbis praeda, & ciuium
 sanguine imboegeret. Dimissis alta-
 iam nocte ducibus, cum Ferdinandus,
 & Auila, alij que eius aulae assi-
 duis super mensas differentes, inter-
 monem reuocasse Albani fidu-
 ciam quæ de salute viris, non de
 victoria obtinenda curaret: Cur, in
 quit ille, amici, de victoria sollicitus
 agam, quam fugio per arces, & litora
 amoenas pugnas circumferens? Verum
 si desideratis confidentiae nostraræ ratio-
 nem, luce crastina copiam eius omni-
 bus dabo. Interea sit satis agnoscere, ab
 eo imperari, qui nunquam duxit nos in

Fiducia
Ducis.
victor.

victoriae discrimen. Evidem ignoro, quo fato, quo ve instinctu vin
cendi, tempora, situs, occasiones,
discordias hostium, metus, animos.
que habuisse in consilij potestate
crediderim, dum subit cogitatio
adeo inter se pugnantium motuum
& effectum. Sæpius adhortantibus
ducibus, aciem poscente milite, pu-
ra vndique planicie camporu, con-
stantius quam non timere vilius vi-
deretur, discrimen, quod oculos la-
tebat, recusauit. Cum arduum, te-
merarium, & extremum despera-
tionis credebatur esse, per ardua lo-
ca, obstantibus natura, & arte, infe-
quutus hostem suæ victoriae termi-
nos, modumque præscripsit. An
ardua, & difficultia, vt suæ æquali
virtuti, ceteris contemptis, elegisse
credamus. An verius, ea ardua fuis-
se, quæ ad manum posita cæteri
mortales censebant; ea autem pla-
na, quæ inaccessa humilior sapien-
tia cogitaret. Iam certè inducor
cre-

credere, Diuinam Prudentiam,
sicut cætera mortalium occulto
lapsu dispensat, ita arcano Numinis
instruxisse peccus Albani, quem sta-
tuerat fidei propugnaculum, virtu-
ti Hispanæ magistrum.

20 Nondum pura luce,
Albanus thoracem indutus conse-
dit equum, & procedens ad milites,
tanta alacritate suorum pectora
impleuit, ut effusis vocibus salutan-
tes Ducem, prælium, & victoriam
ardentes flagitarent. Castris, & im-
pedimentis iusto dato præsidio, exi-
re copias iubet. Primā duxit aciem
cum Italīs legionibus Prosper, &
Auila antecedens cum duobus His-
panorum millibus. Mediā cum re-
liquis Hispanis Albanus ipse cura-
bat, Germano pedite admixto.
Hanc in sexagmina distribuit eo cō-
filio, ut auxilia strenue laboranti-
bus daret, & per inæqualia loca or-
dines inoffensi condescenderent. Le-
num cornu cum equitibus tegebat
Ferdinandus, ducens ipse leviter ar-

Castris
Lusitan-
norū in-
uadite

ma-

matos. Marchio Sanctæ Crucis nau-
nes à dextro, longo ordine extendit
velut tegens alterum cornu, inten-
tus, & paratus Lusitanam classem
iuadere. Subsidia equitum graue
aginē firmebat. Antonius primum
credens, velitationibus, & vanis
ferroribus, ut antea, illum quoque
diem esse trahēdum, securus è val-
lo prospectabat ingredientes acies.
Vbi eas admoueri sensit, turbatus
animo, conuocabat in arma Lusita-
nos; & iam Guardiensis monitus,
cum manu cimicium valida in castra
peruenet. Albanus sui non potēs,
dolore recrudescente neruorum,
equo depositus, tumulum editiore
conscendit, unde ex sella æstima-
ret oculis rerum omnium faciem.

*Audior
gloriæ
Prosper
infelici-
ter pug-
nat.*

Dato pugnæ signo tubarum tympano-
rumque tonitu, Prosperum cum
Italis, & aliquot Germanorum co-
hortibus recta ad pontem ire; Fer-
dinandum cum maiori equitum
parte, & Avilam cum duobus His-
panorum milibus, circuitu longio,

Ni, qua humilio*r* interfluentis am-
 nis ripa ascensum dabant; vniuersos
 iussit, ita cursum regere, ut simul
 vna Lusitanos inuaderent. Sed Prosp
 per gloriam præripendi audior in-
 currrens, nam expeditum, & breue
 ingressus iter, per pontem suas legio-
 nes immisit: quo in loco Antonius
 cum delecta manu sublimis equo;
 nec inferior animo constiterat. Et
 pontem aggeribus transuersis, do-
 mumque frumentariam arnne [cin-
 etam] egregie munierat Vrsinus, cui
 Cta Comitis Bimiosij insana fidu-
 cia. Itaque strenue à Lusitanis ex-
 ceptus, & male multatus, aliquan-
 tulum educens aciem, auxit hostiū
 vires; qui è domo frumentaria Ital-
 los destinatis lacerantes ictibus, &
 erecti in spem omnis victoriae, eos
 turbare cæperunt. Nec stetissent
 motæ acles, ni Prosper scopulo emi-
 nenti occupato, inde domum ex-
 pugnaslet multo cum hostium san-
 guine. Et Albanus Prosperi indigna-
 gus audacia, negare auxilia decreue-
 rat,

rat, donec frequētia funera eius arrogantiam satis punitam haberent. Sed Prosper, occupata domo, vnde hostis ex transuerso tela vibrabat, directa in aduersos acie, trans pon-tem legiones emisit. Fortunam sen-
tiens Antonius, mori certus, aut vin-
cere, detecto capite, armis, voce,
manu cōspicuus nullum strenui mi-
litis, & Ducis officium, aut pericu-
la omisit. Et tandiū sustinuit ingruē-
tes Italos, donec Ferdinandus, &
Auila, recte moderato cursu, gemi-
num Lusitanis incussere terrorem.

*Prospere
Ferdin.
& Au-
la.*

Quos intuens Albanus exequuntos
imperia, velut cura instanti, ante-
quam inuassissent hostium castra,
solutus, permulcens dextra faciem,
& versus ad custodes corporis: *Vi-
cimus, inquit, milites; iam triumphū
parate securi.* Deinde tanquam me-
dia in pace agens, superuacuos fer-
mones cepit inserere. Nec vana
fuit eius meditatio: nam primo im-
pugnat petu fugatis Lusitanis, victores te-
Antoni⁹ auere castra: & Marchio, accepto

pugn

signo, hostium naues inuasit, ac-
 cepit. Non paucas mercibus onus-
 tas, & litorale suburbium depræda-
 tus miles, magnas opes cōgēsīt. An-
 tonius, desperatis rebus, cum Bimio
 siō, Guardiēnsi, & Emmanuele Lu-
 sitano, per mediam fugiens urbem,
 pretiosissima aulæ gaza præmissa,
 & solutis, qui vinculis attineba-
 tur, Sacabenem contendit: vbi oc-
 cultus medicatus est vulneri, quod
 in capite Hispanus eques ex ijs vnuſ
 quibus Antonij captiuitatem aut
 cædem commiserat Albanus, infli-
 xit. Viētores ingens, & opulentum
 suburbium ingressi, in prædam spar-
 si sunt, etiam yrbi minitantes exci-
 dium. Cūm Ferdinandus, & Pe-
 trus Toletani, cum agmine nobi-
 lium, turbatis ac pauentibus similes
 cæperunt militem cogere, maiore
 hostium vim superuenisse, & iam in
 castris à custodibus pugnati nuntiā-
 tes. Hac arte versis animis ad præ-
 sentiora discrimina, auertere ma-
 nus

Ab ur-
 bis, præ-
 da duces
 auertitur
 militem

nus urbis excidio. At ubi se frustra-
tos ducum ingenio sensere, nouas
prædaandi artes auaritia monstran-
te, in subiectos pagos, villasque stre-
nuè discurrunt, in quas belli immi-
nentis pestem fugientes Lusitani
pretiosissimas merces, & ornamen-
ta contulerant. Vnum tamen dam-
num cætera longè antecipiuit, quod
nulla industria aut opibus potuit Re-
gi restituiri. Phaleræ erant adamanti-
bas rare magoitudinis, & lapillis
eximiij candoris exultæ: in quibus
Emmanuel Rex Orientalibus expo-
lijs congestis, filijs eas tradiderat in
partem regiæ fortunæ. Interim Al-
Alb. rr. *bem le-*
banus dacum stipatus agmine, vr-
tus inge-
ditur. *trauit,* geminatis laudibus armo-
ram, & clementiæ insignis. Sacris
ædibus, virilisque religiosis, & sacer-
dotibus, etiam planè nocentibus,
abunde seruatus est honos. Nec in
quemquam post aciem sanguitum, ni-
si quos ciues ipsi ad mortem repe-

rebant, scelerato sanguine commu- Classis
Indicæ
accessus,
 ne expiatari flagitium. Auxilium
 lætitiam, & dignationem victoriarum
 aduentus Indicæ classis; quæ, ven-
 tis, & fortuna conspirantibus, Cas-
 ca applicuit, auro, &c mercibus pres-
 sa. Sex talentum milia summam
 excessisse comperio: ex quibus mil-
 le pertinebant ad Regem: & ea pe-
 cunia in publicas relata tabulas, Al-
 banus militi stipendia diuisit. Dein-
 dæ versus ad ciuiles curas, adactis
 Lusitanis in verba Philippi, è Sena-
 tu, & publicis officijs mouit, quos
 Antonius eo in gradu locauerat, &
 quos eius partibus flagrantius stu-
 duisse cognouit. Privilegia vrbis cō-
 firmauit lætus, & maiora præsen-
 tem Regem concessurum esse pro-
 misit. Has per amoris artes deuincti
 Lusitani cum magnos ludos ad vi-
 ctoriæ celebrandam instruerent,
 Dux obicitur dicens, non eos cele-
 brandos ob cladem victoriæ ciuilissimæ
 sed expectarent Regis aduentum,
 cum quo lætitiaz, & gaudij veræ

*Solicitu
do Regis*

causæ concurrerent. At Rex non si-
ne solicitudine agebat, quæ nā for-
tuna haberet exercitum; nulli enim
post Setubalem captum à Duce nū-
tij venerant. Non tamen passi sunt
æmuli, sine examine Albani faq̄a
transire. Quid nimis silentium
indicaret, nisi in Regem obstina-
tum odium, & Maiestatis, quā nec
Ore tenus verebatur, contemptum?
An Dux benè animatus in Princi-
pem, non fœlicitatis suæ cursum
per momenta nuntiareret, vt lēta, &
prospera cū amato diuideret? Hæc
etiam sancta lex necessitudinis te-
net amicos, leuissima quæque, &
sæpius inutilia scribere, quæ volup-
tate adferant, & absentia solati-
tum. Profectò indicium esse alie-
natae mentis a Principe, cui se ma-
iores for-
san vicio
lerint ad
Regem

iota contulisse, quam acceperat, sui
nimius estimator factaret. Cur de-
riæ detu-
nique nō allœaret decumbentem,
& curis oneratum Regem nuntio
iam captæ, vel peractæ victoriæ? In
ter hæc incertus nuntius allatus in-

pic

uidiam, & criminacionem accen-
dit. Negotiatores forsan per nauil-
gantes Tagum, visa expugnatione
classis, & exercitus pugnantis audi-
to fremitu, eandem in utraque par-
te fortunam adesse credentes, nauil-
gio celeriter agto, Pacem Iulianam
intrauerant, audita, & visa nuntian-
tes. Vnde competitio, acie fuisse cer-
tatum, subiit timor, rem inselicitèr
gestam, nec fuisse Albanum omni
ex parte vietorem: multaque sœua,
& eius viti claritudine indigna fun-
debant apud Regis aures. Ast alij
extra virtutis odium positi, melius
sperandum esse censebant: velle ni-
mitum Ducem non partem, sed læ-
titiam omnem Principi, quem ama-
ret, ostendete. Quod si viatorias sin-
gulas referes, frequētes litteras mit-
teret, pro superbissimis æstimatæ
esse; quasi ostentans singula munia,
attollere dignationem ambitiosus
intendejet. Hæc enim est hominis
vani, & auari conditio, frequenter
cadare, quæ semel liberaliter dona-

redebuisset. Non eius conditionis
res esse Albani, ut tantæ gloriæ dux
minima quæq; annumeraret, & in-
ter virtutum tuarum laudes agnosc-
ceret. Philippus quidem assertens op-
timum illud, aut necessarium fore,
quod decerneret Albanus, dignum
Principe fecit documentum ; ne
eius de constantia, & fide dubitare
crederetur, quem cæteris præcessit
voluisse. Dum hoc sollicitudinum
motu fluctuans Regis aula turbatur
Ferdinandus Toletanus Marchio-
nis Veladæ frater, & Albani propin-
quis, pars nuntiusque victoriae ad
Regem, tunc intijs grauis morbi
tentatum, alacritate fons per custo-
des irrupit : datisque Albani cedi-
cillis, quibus cuncta ex ordine refe-
rebat, eius silentium excusavit, quod
ei fuisset in pretio monere simul, vi-
ctam, & foelicem urbem posse ingre-
di Regem, de obsequio Lusitano-
rum, & benevolentia lecurum.

*Rex acris
morbo
occupa-
tus.*

21 Sed quam fallax hu-
mana felicitas ! Quam leuas bre-
vis

quis gaudij usurpas fortuna reposcit?
 Nec Principes quanto maximo
 fruantur Imperio, divisa constituta
 tionis euasere præcepta; quæ vna
 mortalium regens vices, poenas at-
 que munera æquata lance dispen-
 sat. Etenim dum strepebat aula ala-
 critatis affectu multiplici, Regis va-
 letudo cœpit ingrauescere, & medi-
 ci desperare salutem. Elus extremo
 discrimine nuntiato, in lugum gan-
 dia conuersa, & in tumulum trium-
 phi meditatio mutata claram docu-
 mentum aperuere, quam parum in-
 terfuit summam fortunam, & extre-
 mam: quas ni tenuis umbra diuide-
 ret, committerent scelæ; & planè in-
 tueremur, vnum idem iter calamito-
 tos, & latos ad datas vitæ metas
 percurrei. Igitur desperata salute
 Regis, nec tantū mali fama compres-
 sa, quæ non Lositaniam modò, sed
 Belgiam, & Europæ extrema per-
 vasit, sentiens iure Albanus, quan-
 tam cladem coelum minaretur re-

630 Ferdinandi Toletani Vita

bus humanis, sollicitus, & anxius usque ad decimum Septembris diem in castris habuit exercitum, urbi innens, cuius securitati nequibat prouidere nisi armatus. Et Antonius, occasione arrepta, iam ex ignauo factus strenuus (id enim boni afferunt mala, edoceri lapsos, quid stabilem securitatem adeverit) rumores per regnum spargens, quatuor milia iunxit ageratum. Cum his Conimbricam petens, ibique instructus copijs, & duobus armatorum millibus auxiliis, contedit Auecum; admissusque ab amicis, eam urbem expugnat, & crudeliter diripit.

Auecum diripit. Cuius opib[us] rursus auxiliis, & fama, manu predonum sibi innata, muniebat eius tractus oppida, adhac spei inhaerens, & Britannia magna auxilia adfututa, quæ officiosius Regina promiserat. Sed illa tunc maximè voluptatibus dedita, illecebrisque amorum implicata Antonium illustrat atrox semper, & falsa, Albanus
urbi

Inde An-
toni⁹ au-
dax.

Auecum
diripit.

verbis ferum capiti, ex quo uno cuncta pendebant, data securitate, ad maritimas urbes, quæ nomen Antonij retinebant, misit naues armatas. Sed illæ, Vlisponis, & Antonij fortuna cognita non inuitæ admisere sacramentum Catholici. Tandem nuntijs referentibus, Philippum in salubritatem restitui, Albanus Sanctum Aulam cum quatuor peditum millibus, & equitibus quadrinquentis iubet persequi Antonium, eumque capere, aut regno depellere. Sed maximè debilitato peditum agmine, multis fuga, pluribus contagio sublatis, adiecit Didaci Cordubensis legionem. Ipse cum reliquo exercitu tenebat urbem, quæ pars validior Lusitanæ esset, & melior. Antonium verò profugum, & sedes incertas metantem facile ab egregio duce vincendum esse cognovit: eum enim sex millia sequebantur, filuis, & latrocinijs apta manus, nō pugnæ. Non tamen euasit malitiam famæ rumorem; trahere voluist.

Alb. classem mitit ad domandas litorales urbes Lusitanæ.

Et Sancti Elii, ut premeret Antonij resistitia.

Antonio dorasse Alb. fugamали qui censuere.

632 *Ferdinandi Toletani Vitæ*
se bellum, non finire, Antonio,
quem valuerat opprimere, fuga co-
cessa; ut sibi Regis animum vindicū
necessitate retineret, non ignarus
ex periculis reipublicæ auctorita-
tem, & dignationem in militaribus vi-
ris accrescere. Verum gestarum à
Duce rerum gloria, tot acies fusæ,
tantum claritudinis domi bellique
partum, ipsa ætas, & morum gra-
uitas ab hac suspicione vindicaat
eius innocentiam. Semper enim
usui meliora, & lata rebus publicis
consilia mouit. Iam alij, nec extra
consilium, arbitrantur, Antonij fu-
gam noluisse persequi, ne victoria
sua à Rege deformatetur tristis teue-
ritatis exemplo. Plura etiam in
eum iactabat miles ob ademptam
prædam urbis, cui inhibebat, infen-
sus. Hinc iurgia in Lusitanos exor-
ta, & quæ sita occasio sœviendi. Sed
breui Duci gratie edictos sunt com-
pressi tumultus: adeoque modestè
egere milites, ut Lusitanos incessan-
tes probris, non armis sequi, non in-

cre-

crepare maledictis auderent ; id enim à Duce erat vetitum, ne temeritas verborum transiret ad gladios. Ex qua modestia militum granior contentio recruduit , inferentibus iam vniuersa, & cædes Lusitanis. Albanus suorum promptis iris, & exti-
tiori rbus occutens, armatis cohori-
tibus viarum capitibus inseptis, no-
dum secoram reddidit, & diem se-
uero edicto compulit: tantaque in-
dustria continuit frementium mili-
tum manus, tanta clivibus tribuit,
ut omnia penes Lusitanos videren-
tur esse, præter iara vicitrix. Hinc
rursus subit amor , inuidiam , quæ
Dux flagrabat adhuc, arguere; quod
medium per vibem Antonium in-
sequi non iussisset armatos. At eam
Rex intactam ante omnia seruare
præcepérat ; & Albanus nouerat,
non aliter posse æterna Lusitanorum
odia finiti. Ergo si armatus mil-
les vibem intaret , dum Antonij
vestigia rimatur , certè domus in-
uade-

*Auila
strenue
fugiens
Oportū
venit
Antoni⁹*

uaderet, & facta ab uno licentia, ca-
teri dites aedes affligerent. Sed Aui-
la Conimbricæ sine cunctatione re-
ceptus, Aueirum, (quam urbem
olim Lauarim dictam fama tradit)
signa conuerit. Antonius videns
spem suam strenuo ab hoste premi,
tot aduersis territus fugere patriam
cogitabat. Deinde à Guardiensi, &
Bimbo firmatus animo spes ultra
promouit: & eas auxere nuntij,
Oportentes ciues imperata fau-
ros, omnemque trans Durium re-
gionem in fide manere constantē.
Igitur Oportum veniens, magnis-
que popularium acclamationibus
more reglo sub aurea vmbella ex-
ceptus, calamitatibus extremis effe-
ratum animum, ad diripiendas eo-
rum domus, quos monstrabant ci-
ues aduersos extitisse, conuertit.
Multorum ergo direptis opibus, &
occupatis nauibus, quidquid ruinis
urbis egestum, aut ab aula Lusita-
norum Regum extractum tuorum
fidis,

fidissimis tradidit, ut in aliquem portum Galliae deferrent. Interea Sanctius Aūla, pullosui fama Antonio, cum lachrymis, & lætitia Lauari exceptus, fugientem instituit lequi.

22 Antonius enim ciui- *Durij rī*
bus diffidens, & militi gnarus quan- *pāse mu-*
ta illos acerbitate irritasset, & quā- *nit,*
tum his leuitatis inesset, Durij ri-
pam, vrbe relicta, tenuit: eoque
munitamento Aūlæ in sequentis cur-
sum remorās, combitum fidissimos
ad contrahenda auxilia fubet ire:
ipie cum exercitu aggeres instrui
curabat. Et Durius magna aquarum *Auila ad*
mole te inuehens, rapidus, & illitus traiiciē-
asperitate coercentium rupium in- *dum ra-*
curret. Aūla non territus naturæ tes que-
minis, & aggeris super instruōti, An rit,
tonio Serano mandauit impigrē ra-
tes exquirere; quas, ne hostis illis
potiretur, incolæ solerter abscon-
derant. Verūm adspirante eadem
Albanifortuna, quæ aditum in Sa-

xoniam monstrauit, Masatellijs pis-
catores Antonio ob incensam pa-
triam infensi, rates aliquot obtule-
re Serano. Is fiducia plenus, eas cum
manu strenua concedens, riparum
scrutatus sinus, ut naues conspexit
hostiam, timens, ne fugientes spes
suas illuderent, armatas rates in in-
fidiis locauit: depositaque veste, se-
se gurgitibus, & ancipiti casui per-
missit, simulans ducum fatalem fu-
gere. Ut videre nudum Lusitani,
misericordia tacti recipiunt, nulla
suspitione hausta, pro gloria posse
viros fortis inuadere, quod metuē-
tem, & ignavum aggredi pro vita
credebant. Seranus à iactatione su-
minis parumper recreatus, subito
insurgens unum vel alterum pugio-
ne confecit: reliqui piscaiores in
aquas, aut in proximas rates dedere
se salto. Tunc infidiae cohortæ tur-
bata occupauere nauigia. Sic mora
vales die, quinquaginta fermè ra-
tes sunt iunctæ; quas protinus San-
ctius

*Insignis
Castella-
ni mili-
tis faci-
bus.*

*Auilla
annem
superat.*

Quis cum delectis monit in litus.
 Hac audacia Lusitani territi, quam-
 uis multum numero, & loco p̄fes-
 tabant, c̄perant desierere inauspi-
 cata vexilla. Desperatione, & rabie
 ultimo indecoro, & ruina con-
 uulsus Antonius, intecto capite, ut
 melius posset agnosci, & Regis in-
 tuentis vultus timentibus pudorem
 offerret, sese obiecit, qua expedi-
 tum iter monstrauerat fegam; per
 decora maiorum obtestans, per la-
 chrymas ubertim emanantes orans,
 ne Reges suo, & commilitone hosti-
 bus dedito, illa ornamenta patriæ,
 illa clarissima pristinæ virtutis lumi-
 na extinguerent. Respicerent hos-
 tium pacitatem, nō robore, sed in-
 sania ferocem: laxis illos posse oppri-
 mi, si modo Lusitani devolerent.

Nunc nunc (insistit clamitans) amici *Antoni⁹*
Ciues mei, Alxubarrotæ campos ad⁹ suos frus-
picite; illos testes meorum glorie appelle. *tra ora-*
do. Iam etiam cuncta hic essent similia, *tione cō-*
sistit plures hic Lusitani, præaltus am- *fimas;*

Mers
Lusita-
ni iuris
tur,

nis, & iugum asperum pro nobis contra hostem stareret. Sed vice versa rerum, rara Castellanorum signa, & cohortes male securis ratibus, & metu impul-
sas horrescit. Non munitissima que habemus, castra vos protegunt, non ar-
ma defendunt, nec iugum asperum etiam inermibus, & expeditis in accessum iu-
nat. Non agnosco vos ciues. An hic vi-
dere me erdam Lusitanos, qui modo
audacia armati ingenitaque patrie vir-
tute, tot fudere immanes Barbarorum
acies, tot munitissimas dedere urbes ex-
cidio? Sed cur indignatur animus; quid
fortium virorum oneramus fata? De-
precemur potius clementiam Numinis
qua accensa forsan iris hanc mentem Lu-
sitanis indidit adempta lumine, ne de-
serti Regis scelus, ignauiam hostium,
viresque suas inueniant. Conuertite
ora, & acies, commilitones mei; è vrea-
donum manibus vestra viscera eripite;
succurete labenti patrie, quam insanus
Castellanorum furor excidit. At magis
implat animos misericordie capar-

ces tristissima Regis vestri imago. Vasta
 patere mihi exilia intueor, sicutumque
 mare apertum meæ fortunæ naufragij.
 Excipie nauigantem non crudelis tem-
 pestas. Hauriat Oceanus Regis infelicitis
 exuuias. An mutans ego exilia, per Or-
 bem circum actus alterius limen vene-
 rabor egenus. & supplex, qui memine-
 rim fuisse Regem vestrum? Vel potius
 unus ege hostem, quem formidatis in-
 currens, aut me præcipitem ferens in-
 gurgites, claro exitu obscuram vitam
 finiam, mihi ipsi probatus, vobis excus-
 plum. Ergo iam ite alacres eius occupa-
 te gratiam, cui donatis hodie victoriam
 vis saltem hanc in morte Regi vestro glo-
 riæ paretis, ciuibus salutem, & inco-
 lumente morte sua dedisse. Quod enim
 ad me pertinet, transactum est; vestris
 autem in manibus Lusitanæ gloriae co-
 sulere. Hæc adeò quasi, & deficien-
 te voce lachrymarum plenus asse-
 ruit, ut omnium gemitum expre-
 serit, & vocem, cum Rege esse mo-
 rituros. Sed ubi superato ambo, &
 iugo,

Fugiunt
Lusita-
ni.

iugo, Auila stationes irrupit, elapsus
militie, Antonius fixus atque hæres
dubitabat, an una morte euaderet
tot saeva iussa fortunæ. Bimiosius,
& Guardiensis, alij que exilio para-
ti comites instantius orare cæpe-
runt; si odisset infelicem vitam, tot
saltem viris fortibus eius extrema
sequutis, & quocumque iret sequi-
turis constanter vellet parcere; ne
minorem namque saluum esse posse,
ne velle, Rege extincto: daret se
mari, & ventis naufragum: Gallias,
Britanniam, Orbem in tyranni sæ-
uum nomen ciceret, cuius nimia po-
tentia formidolosa: & grauis erat fi-
nitimis Regibus: scrutaret se patres,
cui miseræ hoc vnum decus, & spe-
cimen regiae stirpis fortuna relique-
rat. His ac talibus erexit, & firma-
tus Antonius cum paucis fugæ co-
mitibus Viannam petit; consensu
que celeriter nauis, cursum direxit
in Galliam. Sed attra tempestate ja-
ctatus, in litore Viannæ expositus,

pis:

piscatoria veste personam, quam
 induerat, Maiestatis obtexit. Fer-
 tur etiā equites ad eum cōprehen-
 dendū immisso ipsum prope Min-
 nium rogasse Antonium, an vidis-
 set fugientes Lusitanos; & respon-
 disse iam vela dedisse in altum, &
 credi immeritos vi tempestatis insa-
 næ. Adeò lab vmbra exigua tutior
 latuit, quem regia fortuna prodide-
 rat. Tandem à Lusitanis monitus,
 quanta industria equites missi rima-
 rentur eius vestigia, & aditus, cre-
 dere se malens sauo mari, quam
 terris, frementis Austrī flatu citus
 defertur in Gallias: ubi multo cum
 fauore à Regina exceptus animus
 paulisper recreauit à tanta maris, &
 fortunæ procella. Auila, cum nul-
 lum fugæ Antonij vestigium exta-
 ret, Oportensium rebus non sine
 clade merita compositis, omnem
 regionem, quæ Darium inter, &
 Minnium amnes inlytos iacebat,
 adegit in verba Catholici. Iam cun-

Latet
 sub pis-
 catoria
 veste sea
 curus
 Antonij

In Gal-
 lias tan-
 dem na-
 uigat,

Qua Lusitania parebat, & insulæ in
quas victorix certa fama peruas-
erat, præter aliquot Casitheridum,
rumorum vanitate turbatas. Non
Terceras posse multum Indiæ Præfecti, & mi-
lites iurauere in verba Philippi. Hęc
et si videantur extra operis metas
posita, eò audentius retuli, quod
victoriā Ducis usque ad solis or-
tum extendant.

Rex in 23 Sed Philippus ingre-
Lusita- surus Lusitaniam, raro voluit pre-
mā Vil- mittere leueritatis exemplum; cu-
lafannē ius representatione viatos in amo-
mittit, etem, & obsequium noui Principis
qui Du strahi male credebat. Itaque Fran-
cis, milicū cito Villafannem ex Senatu re-
sumque gio misit, qui militum ducumque
acta cog-scelera inquireret. In publico Duc
nosceret seruatus est honor; nec quidquam
in cum palā rogatum, aut dictum.
nVeram per Hispanias diuisas est ru-
mor, qui etiam castra turbavit: &
fama, non ex vanitate occulta ri-
gnantium, sed ex intmorum eius
aula.

aulæ conscientia emanauit in vul-
gus, ipsi Daci factorum rationem
exigi, & quod indignius erat, pecu-
niæ. Albanus ut erat animi constan-
tia aduersus sœna, & tristia firma-
tus, premens alte dolorem, Villa-
fannem cum honore habuit, cum
etiam vocans in belli consilia, quæ
extra ius ciuile lögè posita non per-
tinebant ad togatum hominem: an
ut fiduciam ostenderet, & securita-
tem; an quod timeret inuidiam,
quam ex ingenti gloria æqualem
reportauerat, tam prauo, quam in-
ueterato aulicis more. Tumida
namque, & vana ingenia claris ar-
tibus parta virorum militarium or-
namenta oculis syaceris intueri nō
possunt: nec aliam laudem cæca, &
corrupta mente agnoscunt, præter
cam sordidam, quam inter delicias
& assentationem aulæ extra perica-
la, factaque virorum addiscunt. At
postquam mandata Regis in Da-
cem Villafannes ostendit, ille pri-

Rationē
factorā
~~abnuit~~
reddere
Alb.

mūm statuerat Magni sequi exemplum: deinde vulgare sibi credens, & inferius, quod alius, etiā Magnus fecisset, nihil tā graui cōtumelia de pretiis, vtens sua libertate, & mēs respōdit: Non alij mortaliū se redditū rūfacti nacionē, nisi præsenti Regi, cuā vniuersitatem prouidentiæ arcano natus esset inferior; cū quo de meritorum dignitate, & gratia non deiectus contenderet. Ei liberaliter annumeraturum esse pecunias, quas maior in pretio habuisset Rex, quam Dux optimè semper merita fiamam. Victorios deinde suas, labores exactos, & vitam septuaginta annorum in bellis consumptam redditum; quibus, si aliquid deesset summae, abunde compensandum esse credebat. Si tamen haec leuia essent, & vilia Regis animo, sed habere antiquas opes à maioriis traditas, sed aſiduis bellis acciſas; quod unum ſatis amplum retulifſet præmium ex tam diuturna milicia, & ſuī Regis obsequio. Ad ultimum duos filios vades prædeſque fore, qui secum

secum omne discrimin bellum in stre-
nue tulerant, dum per acutam, aut Re-
gis licuit imperium; alter iam matu-
ram ad etatem proiectus non exigua
pars fuisset, v Philippi Imperium au-
geretur. Lusitania deuicta. Si uera re-
posceret auarus, tenuem iam senis ani-
mam crudelis exigeret. At miles dolo-
re, & metu concitus primum māna-
ci vultu, deinde truci fremitu, ar-
mis, minisque deterrebat ministros
Villafannis; & ni continuo is quas.
tione excessisset, ad vulnera, & ex-
tremum sanguinem voces temera-
rie transirent. Incendit etiam supra
modum animos, egitque penè in
victima dolentes ab altero exercitu
missus nuntius in castra. Quereban-
tur hi Thedaldum aduenisse è Gal-
lecia Senatu, qui militum ducum-
que scelera publicis scriptis config-
nata referret; vnde Philippus libera-
liter impunitetur victoribus poenas
virtuti præmia negaret. His in des-
perationem lapsi quoque duces, vi-

*Exerci-
tus sedi-
tione tur-
bar.*

646 *Ferdinandi Toletani Vita*

cem suam dabant, & victoriā, quæ eos infames, inopes, & nocentes fecerat. Signiferi, & plerique centutionum applicuerāt se militum causæ: cumque ex meritorum recordatione, & maiore doloris sensu in iras ardentiū raperebant, paliam per castra, & urbem de Rege querebātur, coculum intulētes, & obitulātes Superos; eam gratiam a Principe esse redditā, ut milites, ciuesque suos, de se optime meritos, exercitum viatorē, tot coeli terrarumque iniurias perpetuum, per ludibria, & saeuissimam contumeliam affligerent. Viles ergo, dicebant, esse cæpimus victoria nostra Et quinquaginta dierum momento breui Lusitania perdomita, quantum à Minio amne ad fauces Gaditanas se extendit ingens plaga terrarum: quod Rex iterum suo aulicorum molli agmine non tam celeriter percurrisset, quam nos victoria confecimus. Iam fānum quoque, & astum torridis in Beaturis

enire campis perculimus copuletas, &
 iniicias urbes intravimus, armati qui
 dem, & inopes, eas seruauimus tamen;
 spes nostras affliximus, ut moderatio
 nostra integrum felixque regnum ser-
 uaret, quod inuaderet Rex, & simul po-
 pularentur nostre auctores inuidia.
 Hec sunt in Regem nostra flagitia; hec
 nos circumstant scelera; hec forcibus
 fidisque viris homines pudende assen-
 tationis obijciunt; quorum turpi otio
 honores, opes, quies, & securitas nos-
 tris amissi, vulneribus, & cruore pa-
 rantur. Tatius est ergo, & necessarium
 magis ad gloriam, esse assentationis ar-
 tifices, quam opera belli ardor atractare.
 Has voces, & doloris intimi affe-
 ctus intendebat mætitia Ducis; ac-
 cendebant tribunorum erumpen-
 tes itæ, & centurionum sua tem-
 ritas. At in otio sapientes, & rerum
 momenta librantes aliter, ac in cas-
 tris miles, disserebant: hi Regis col-
 fantiam, & iustitiam amorem attoi-
 lere; cui vnum meritum satisface-
 ret, innocentia suorum. Non apud

Hi Re-
 gis men-
 talia
 dant.

eum gratiam, non obsequij necessitatem, aut victoriæ meritum tueri. malefacta ducum. Sic fœlicem, & diutuream mansuram rempublicam, in qua parerent arma togato, & maior cœli æquitatis cura, quam regni. Alij Regis anaritiam, diffidentiam animi, severitatemque importunam arguebant. Cur enim tantæ gloria decem tam vili vrgceret infamia? Cursus supplicij, & victorien, & innocentem exercitum premeret? Malè consuli aliorum innocentiae poena bonorum: hinc enim non minuit malorum audacia; horum amor, & recti cura dissoluitur. Si namque ex recte facias, rerumque lato cuiuslibet nalicem benos malosque discrimen, ille felicior erit, qui, dum licet, gaudia præcipiat. An minores duces Regi non esse, in quos eam severitatem ostenderet? In Albano autem iuspi-
cionis quid esset, aut criminis, quod ratiacum meruisset iram, & oblitio-
rem rerum cum summa laude ges-

*H' ar-
guant.*

tarum? An si etiam subtraxisset stipendia militi, decens erat Principi exemplum, reum se auaritiae, & ingratitudinis facere, ut ciuem peculatus argueret? Albanus autem securos causæ suæ, innocentiam non laborabat ostendere, nec se obiectare militum vocibus: an quod iniuriam suam vlcisci lætabatur communis sententia: an quia timuit, ne extremæ senectuti imponeret labem, si ducis inueterata auctoritas vilis furentibus esset. Certe ipse id suadentibus respondit; non adeo se inimicum esse Hispanis, suoque militi, ut suscineret eos noxios facere ultimo facinore, in ducem forsan affurgentibus itarum fluctibus: nec ad eam violentiam venisse tumultum, ut deberet ipse cum periculo suæ auctoratis occurrere. Non tamen euassit famam, ea seditione gaudere, cuius et si non auctor, tamen causa erat.

630. Ferdinandi Tuletani Vita

Manit à Villa Janne Rexibet Duce se ditiones punire. discordia militum, & Ducis alto si-
lentio, non aulus vita exequi im-
petia, Regem admonuit, nec Du-
cem mandatisflare, nec militum
consecrationem blandæ medici-
næ capacem minari, quoque urbi,
& sibi exitium, nî protinus absiste-
ret causa: veniret ipse, & tu vultu-
tes suo aspectu terreret. His indig-
natus Rex citos nuntios ad Alba-
num expediti iubens, autorita-
tem in ueterata m interponeret, ca-
sique ferociissimis militum, & cete-
ros ad imperia cogeret; vel se hem-
ne Imperator irruerentia sua, &
contumacia vires, & audaciam fu-
rilibus adderet. Albanus, doloris
causas altius repetitis: Integrum se à
Respon der Alb. tam dignis criminationibus esse, res-
pondit: nunquam ardenti in peccore ad
gloriam obtinuisse sedem auaritiam;
quod angustie opulentie quendam do-
mum ostenderent: Seditionibus, & cupi-
dinaibus militum semper obstitisse cō-
stancias, quam expedite videlicet ut cle-
men-

mentis famæ. Non sibi malefacta plan-
cere, nec deesse vim auimo ut errorum
pœnas exigeret. Ceterum iustis quere-
lis, doloris que erumpentis affectibus ne-
mo pius obijsteret. Satis pœnarum esse
egenos, viles, miseros post diuitem,
¶ Letam Regi victoriâ ingemere: et quoniam
enim fuerit, cum nullum virtutis præ-
mium calamitosis occurrat, eos saltens
lachrymis sesuis saturare. Militem im-
obsequio manterezeandem illis mentem
esse, ¶ duci, periclitari in acie; extre-
num sanguinem fundere, Regis nomen,
¶ Imperium labore infatigabili exten-
dere. Nihil extra verba peccatum: ni-
hil in praesens conducere severitatis ex-
plum, bellum tunc maximè Antonio
per Britanniam, ¶ Gallias renouante;
erectisq; ue Lusitanis, an ciuitum indul-
geret errori, inde validum argumen-
tum illaturis, an sibi sperare bene lice-
ret. Quod autem ad se pertineat, iam op-
tare pecunia, quam non abstulisset, exas-
torem, dum veniam tandem ficeret,
ut humanarum solitudinum vacans
quieto, ¶ beato in otio vacans diuinis

rebus

rebus membra fatigata deponeret. Tur-
batus, & exultuans Philippus in sen-
tibus vicit, taciturnitatem abru-
pit; intuensque adstantes aulicos:
Indignatur Rex. *Rar est inquit, superbia, & arrogantia
Albani rara virtuti, & fidei. Ceterum
sustinendo, & indulgendo vincere eius
terrible ingenium. Præstat enim tam fi-
dum strenuumque hominem conseruare
reipublicæ. Habeat illa à me hoc pul-
cherrimum donum; & Reges exemplū
quantum eorum fortune intersit affe-
ctus animi à ratione meritorum sepo-
nere. Itaque rufus datis litteris mi-
tioris sententiæ, iussit quoquè Vil-
lafannem, & Tedaldum exceedere
quæstione suscepta. Albanus autem
vbi Vlisiponem ingressus est Rex,
quamuis meritus ei honor est habi-
tus, enixius repetiuit veniam disce-
dendi à publicis negotijs, & vrbe;
quæ tanto munita præside non in-
digebat hominis priuati auctorita-
te, & consilio. Philippus longo re-
rum vsu in omnia compositus, eum
blāde alloquutus, ultrò cōfessus est:*

*Veniam
disceden-
di petit
alb.*

Anz

Ante exercitum se, & reliquos custodes dimisiurum, quam unum Albanum, cuius sapientia, & fides ammis, & terroribus præstantior erat: nec aliter se posse habere securum, nisi eum virū simul periclitari cognosceret. His ergo Albanus cum se capi, & inimicorum augeri invidiā penetraret, causatus valetudinem, quæ atrox membra fatiscētia secabat, domi se continere, rarus in aulaq̄ gemensque venire, nec nisi evocatus, & iussus dabat sententia copiam; cui locum non esse inter amulorum apeita odia!, & conditam Regis famam inuenera!. Hunc tandem celebraturum comitia Lusitanis Tomarim sequutus, summis & intimis consilijs interfuit: & tanquam extremum diem sibi prædicens, codicillum tradidit Regi, cuius excogitata præcepta si videntur, nunquam defecisset Lusitania. Sed hæc omittimus, quia plurimo in odio versantur: & dolor festinans rapit.

Multo
cum ho-
nore
Rex ne-
gat.

*Alb. Du
cis obit?*

*Anno
1582.*

Hæc enim inter rara obsequia fortunæ, solidam Hispanorum gloriam, & Lusitaniae dignitatem, India in obsequium redacta, naualique prælio Antonio visto, foelix potentiae summæ confortium Ferdinandus tot curarum motibus diuisus, victorijs, gloria, etateque oneratus Tomari vita decensit (annus eret sexculi octuagesimus secundus, etatis septuagesimus quartus) magno cum bonorum luxu, & desiderio Philippi, cuius inter amplexus ultimum spiritum fudit. Sed iam prope morte captus, suæ libertatis retineas, & iniuriæ memor, dextra apprehensa Regis: Hec tibi, inquit, mindata extrema pro innocencia nostra velut testamento se posui. Credere, Domine, saltem morituro: semper meis uilitatibus proposuit uas: tuatum opum fui parcus, mearum liberales quories interesset commune discrimen: non fuori auctoritate, sed virtuti, & merito publicas bellum, & pacis honores, & ministeria concessi: amavi te

confi

constanter, fideliter monui, offendii non-
nunquam; id cuius vitij fuerit, consen-
sus posteritatis statuat, iam odio finito.
De cetero Deus Op. videat, cui pure,
& religiosè animum deuinxi, nunc
reddo. Iam Rex diuturne floreas, & va-
leas. His dictis, totam mentem in
divina collegit, quæ vocata cœles-
tes in sedes caducam gloriari cum
æterna mutauit, bladè spiritu cimis-
so. Eius funus, ingenti pompa cir-
cumdata, per virtutes ipsius, & victo-
rias, Ferdinando filio procurante,
celebiatum est primo in gremio vi-
ctoriarum. Deinde odoribus reseratum
corpus Albam delatum, & in tem-
plo D. Leonardi depositum. Anto-
nius nepos in Salmantinum tem-
plum D. Stephani translatum maios-
rum tumulo magnificentissime
condidit. At eius animi laudes, in-
clytaeque famam non vna; non
Orbis capit, non parent mortalita-
tis legi, non iniuria temporum ef-
fracte iacent. Etenim in militari so-
nu genitus longè tamē cœxit ve-

556 Ferdinandi Toletani Vitæ
terà suorum, & præsentia Hispania
noscetæ trophæa; cuius arma, & in-
uictum nomen per Romanum Or-
bem iuicius ipse diffudit. Probatus
ante omnes fuit Carolo V. Cæsari;
cuius recta, & æqualis. æstimatio
adoleuit ex virtutisque virtutibus.
Quod si eius in dubijs constantem
moram, in aduersis sapientiam, in
lætis moderationem, et denique
militiae experimenta, & artes con-
ferre velis, anteinit Maximum Ro-
manorum Fabium, quem Toties
cunctando vicit, & superauit audē-
do, quoties delevit hostes, & fudit.
Si gestarum serum claritudinem,
bellorum varietatem, exercitus dis-
ciplinam, illam in rebus arduis secu-
ritatem, in molliendis industriam,
in efficiendis virtutem, in deditos
fidem, in obstinatos terorem, in
Deum Superosque pietatem, om-
nia denique animi bona, & artes
Inspicias, celebratis omnis memo-
riæ Regibus, & imperatoribus quæ-
dus est, ni malit ipse præcellere. Sed

video eius claritudini malignè
 æqualitatem esse adstricam cum
 illo infelicissimo, strenuo quidem,
 & pio Momoransio equitum Gal-
 lœ Magistro, cuius hac etiam tem-
 pestate cædem bonorum sensus in-
 doluit. Dissimiles tamen esse fate-
 tur austor inuidia; quo ipse præ-
 vertit fidem suam, implicans exo-
 ribus fabulam. Huic enim maxi-
 mum laborum fructum contigisse
 testatur, raro vincere, saepè vinci, ad
 vitium cædi pro patria, & religio-
 ne pugnando. Albanum contrâ ar-
 matum velut fatali numine bella an-
 te inuasisse victorem, quam faceret
 periculum virium; adeoque secu-
 rum iniuisse prælia, adeoque destinatio-
 nis suæ certum, ut futura quoque
 prædiceret. Arma primum in Hispania
 aduersus Gallos exercuit, deinde in Africam mouit. Sequutus in
 Italiam post bellum Tunetanum
 Cæarem, unus se Principis, ducum
 que sententijs opposuit, illam Ma-
 gillieiem expeditionem detestatus.

Te

Gra

Germanias postea exterruit, inuen-
ta noua arte incendi sine sanguine,
& vulnera armorum Postquam vi-
res immensas fudit, mox singulos
inuestus, vniuersos domuit, capto
Saxone Duce Septem viro, quem
opimum luc dextræ expolium ob-
tulit ad Cæsaris pedes. Italiam ruf-
sus premens armatus, Gallorum po-
tentia fracta, Carafarum artes illu-
sit. Nam victorias aduersus Eccle-
siæ signa parta ei adscribi, ingratū
fote reputauit vito, qui, cum Roma-
nam Vrbem potuisse eruere, con-
seruare elegit etiam cum famæ dis-
crimine, & quæ pius, ac fortis asse-
quutus, buantum veræ gloriae inter-
esset, post denuntiatum hostem, ne pie-
tate quidem superari. Belgum dein
de cum exercitu ingressus, decussis
rebellionis capitibus, arma in Ger-
maniam mouens, & Belgas exules,
plures victorias habuit, quam acies
vidit. Ultimum fidei, & laudi impo-
suit cumulum suo Regi adjunctam
Lusitaniam: ad quod munus liceat
pijs

pijs mentibus credere, cœlestē prouidentiam seruasse, & eo præstito,
quasi omnigloria Impleta, eripuisse
rebus humanis. At cum artibus mi-
litiae tot ac tantis præditus esset hic
Fabius, nō facile agnosces, an pacis
ornamentis clarius extiterit, cum
tot per annos difficilem sui Regis
gratiam tenuerit eodem vestigio,
aduersus inimicorum odia, & fla-
grantem lucis inuidiam: quæ mala,
nisi ad sit sapientia, & moderatio su-
pra humanam, euertunt lubrica in-
aula altissimam quamcumque for-
tunam. Iam autem si formam habi-
tumue corporis, quod tantam cepit
animam, velis agnoscere; fuit
mixta elegantia decens; securus fir-
musque incessus, & statura iuste pro-
ecta: vultus, & frontis terribilis ma-
iestas, non sine temperamento lepo-
ris, & gratia: in iuuentute viuidam
alacritatem accedebant micatum
oculorum fulgor; & amabat risum:
in senectute severitatem demissas
percillia intenderet. Quæ cum ita

T. 14

sunt

sint, negari tamen non debet pro
mlorem suisse in asperiora remedia,
cardes representando, & exilia; sed
quæ utilia reipublicæ aduerteret, &
necessaria communi saluti. Igitur
Philippus eius laudes clausit, post
mortem finita inuidia dicens: *Tunc*
vere se expertum maiori documento,
quam vellet, qualia essent inania dona
fortunæ; que ranta opes atque regna
tribuerat, ut maiora repeteret,
crepto optimo, fortissi-
mo, & fidissime

Duce.

E N I S.



Porque essa edad, con ese rostro raro,
Que a Venus ha mudado, no podria
Mouer los ojos, y animos furiosos
De puercos, de leones tigres, ojos.

I A este amia,deste no se parte,
Con el en tresscas sombras se holgaua
Y sudiuina forma con el arte,
Y trage polidissimo augmentaua.
Por crestas,y por llano,y qual quer parte
Tras el en aquel trage siempre andaua
Que la Diosa Diana,y por los cerros
Echaua liebres,y azomaua perro.

Los fuertes jauiles, y valientes,
De furibundo rayo estan armados
En los cõmillos, y rezorjos dientes,
Con impetu, y con yra denodados.
Las bestias acometen, y las gentes
Los leones, demí muy desfamados.
La cauila de aquel odia la pregunta,
Diziendo así, responde a la pregunta.

Direct



Sign.

Est. 10

Tab. 1

O. 154

Ferdinand
Toleti
Vita

4563

3831